INSTITUTIONES D. IUSTINIANI IMPERATORIS AD USUM FORENSEM ACCOMMODATAE ...

Felix Basset, Giovanni Battista Coccini

INSTITVTIONES
D. IVSTINIANI
IMPERATORIS
AD VSVM FORENSEM ACCOMMODATÆ:

LECTVRA NOBILIS ET DOCTISSIMI

FOELICIS BASSETI, *in Curia Parlamenti Consiliarij Regij, & in Cancellaria Delphinatus Procancellarij:*

Ad ANDREAM Filium tunc Iuris studiosum, nunc autem in dicta Curia Consiliarium Regium, & in Cancellaria Procancellarium.

LVGDVNI,
Sumptibus CLAVDII CHASTELLARD, in vico Mercatorio.

M. DC. XXXIV.

Cum Priuilegio Regis Christianiss.

AD LECTOREM

HABETIS, ſtudioſiſſimi Adoleſcentes, Inſtitutiones D. Iuſtiniani Imperatoris ſacratiſſimi ad vſum Forenſem accommodatas, à Nobili & Doctiſſimo Domino FOELICE BASSETO in auguſtiſſimo Delphinatus Senatu Senatore & Procancellario, dum quid otij nactus erat; licèt multùm Forenſium rerum laboribus, Reíque publicæ negotiis implicatus, vt in primis Iuriſprudentiæ cunabulis eas habentes poſitas antè oculos, & collatas in vſu quotidiano ab hoc aditu, ianuáque patefacta ad ea quæ cupitis clariora celeriùs intendere valeatis, vobis etiam vindicaretis, quod proprium liberorum eſſe videbatur. Quòd ſi iam ob temporis breuitatem Impreſſoribus conceſſam erroribus non careant, in ſecunda editione emendatas cum Additionibus præclariſſimorum Arreſtorum prædicti auguſtiſſimi Senatus in lucem videbitis.

Priuilege du Roy.

LOVYS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre, Dauphin de Viennois, Comte de Valentinois & Diois; A nos amez & feaux Conseillers les Gens tenans nostre Cour de Parlement de Grenoble, & tous autres nos Iusticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salut. Nostre cher & bien amé, PIERRE MARNIOLLES, Marchand Libraire & Imprimeur audict Grenoble, Nous a faict remonstrer, qu'il a recouuert vn Liure intitulé, *Institutiones Iustiniani Imperatoris ad vsum Forensem accommodatæ, Auctore clarissimo & doctissimo viro* D, FOELICE BASSETO *Regis in suprema Curia Delphinatus Consiliario & Procancellario*, lequel il desireroit imprimer ou faire imprimer, & mettre en lumiere, s'il Nous plaisoit luy octroyer nos Lettres necessaires. A CES CAVSES desirant fauorablement traicter l'exposant, & qu'il ne soit frustré de son labeur, luy auons permis & permettons par ces presentes imprimer ou faire imprimer ledict Liure, iceluy mettre, ou faire mettre en vente durant le temps de six ans, à commencer du iour qu'il sera acheué d'imprimer, pendant lequel Nous faisons tres-expresses inhibitions & defenses à tous autres Imprimeurs, Libraires estrangers, & autres personnes de quelque qualité qu'ils soyent de l'imprimer, faire imprimer, ny mettre en vente, sous quelque marque ou deguisement que ce soit, à peine d'amande arbitraire, confiscation des Liures contrefaits, despens, dommages & interests; si ce n'est du consentement dudict exposant, ou de ceux ayant charge de luy. SI VOVS mandons que du contenu au present Priuilege vous fassiez iouyr, & vser ledict exposant pleinement & paisiblement, sans permettre qu'il y soit troublé en aucune façon que ce soit, à la charge d'en mettre deux exemplaires en nostre Bibliotheque publique auparauant que l'exposer en vente, à peine d'estre descheu dudict Priuilege. Car tel est nostre plaisir. Donné à Valence, le deuxiesme iour d'Auril, l'an de grace mil six cens vingt-neuf, & de nostre regne le dix-neufiesme.

Par le Roy Dauphin en son Conseil.

SENAVLT.

Acheué d'imprimer, le 15. Iuillet, 1634.

EROTEMATA
IN PROOEMIVM INSTITVTIONVM
à Domino Iulio Paccio I. V. D. condita.

1. QVIS *est scopus Proœmij Institutionum?*
Tribuere Institutionibus vim constitutionum Imperialium, & ad earum lectionem studiosos Iuris adhortari.

2. *Quis est author huius Proœmij?*
Iustinianus Imperator.

3. *Quot modis accipitur verbum Imperator?*
Duobus modis, aut enim belli Ducem significat, qui suis auspiciis bellum gerens aliquot millibus hostium prostratis nomen Imperatoris primum ab exercitu, deinde à Senatu consecutus est, aut eum qui toti Romanæ Reipublicæ, aut qui toti Romano Imperio præest.

4. *In qua significatione hîc accipitur?*
In posteriori.

5. *Cur vocatur etiam Cæsar?*
Quia Cæsaribus in Romano Imperio cessit.

b

6. *Cur vocatur Flauius?*

Quia Flauio Vespasiano ex eadem familia in Imperio successit, atque hoc cognomen Græci Imperatores qui antè Iustinianum regnarunt sibi assumpserunt.

Alci. lib. Panerg. cap. 3.

7. *Cur Iustinianus?*

Nomen illi proprium fuit.

8. *Cur Alemanicus, Gothicus, Franciscus, Germanicus, Anticus, Mauicus, Africanus?*

Quia omnes has gentes Alemanos, Gothos, &c. bello superauit.

9. *Cur Pius, Fœlix, Inclytus?*

Hæ appellationes Imperatoribus inaugurationis tempore acclamabantur, inde factæ sunt Imperatorum propriæ. Primus autem Antoninus Pij nomen accepit, & ad successores transmisit.

Nou. 78.

10. *Cur Victor ac Triumphator?*

Quia de victis hostibus triumphauit.

11. *Cur semper Augustus?*

Ab Augusto primo Romanorum Imperatore.

12. *Ad quos scribitur hoc Proœmium?*

Ad cupidam legum iuuentutem.

13. *Cur auditores Institutionum debent esse iuuenes?*

Vt possint in studio Iuris proficere, & tempestiuè ad praxim se conferre.

14. *Cur debent esse legum cupidi?*

Vt non solùm possint, sed etiam velint proficere; quia facultas sine voluntate parum, aut nihil prodest.

15. Quæ

15. *Quæ sunt Imperatori necessaria?*
Duo, nempe arma, & leges.

16. *Quis est vsus armorum?*
His bellum geritur, vt hostes vincantur, & de iis triumphetur.

17. *Quis est finis legum?*
His Respub. tẽpore pacis rectè gubernatur: nam calumniantiũ iniquitatibus per legitimos tramites expulsis, Princeps fit iuris religiosissimus.

18. *Quos vocat calumniantes?*
Omnes quoquo modo delinquentes aut improbè litigantes, alibi aliter accipitur.

Isag. ff. de calum. n. 2. & de iniur. prop. cal. dãd. n. 2.

19. *Quos appellat legitimos tramites?*
Iudicia secundùm leges ordinata.

20. *Iustinianus noster est ne armis an legibus in administranda Republica vsus?*
Vtrisque.

21. *Quid armis effecit?*
Barbaros superans, & Romanas prouincias quæ amissæ fuerant recuperauit.

22. *Quid in legibus præstitit?*
Subditos rexit tam legibus promulgatis quàm compositis.

23. *Quod est discrimen inter promulgare leges, & componere?*
Promulgare est edere, quod vulgò dicimus publicare. Componere est multas leges in vnum aliquod volumen coniicere, & componere.

6. *Cur vocatur Flauius?*

Quia Flauio Vespasiano ex eadem familia in Imperio successit, atque hoc cognomen Græci Imperatores qui antè Iustinianum regnarunt sibi assumpserunt.

Alci. lib. Panerg. cap. 3.

7. *Cur Iustinianus?*

Nomen illi proprium fuit.

8. *Cur Alemanicus, Gothicus, Franciscus, Germanicus, Anticus, Mauicus, Africanus?*

Quia omnes has gentes Alemanos, Gothos, &c. bello superauit.

9. *Cur Pius, Fœlix, Inclytus?*

Hæ appellationes Imperatoribus inaugurationis tempore acclamabantur, inde factæ sunt Imperatorum propriæ. Primus autem Antoninus Pij nomen accepit, & ad successores transmisit.

Nou. 78.

10. *Cur Victor ac Triumphator?*

Quia de victis hostibus triumphauit.

11. *Cur semper Augustus?*

Ab Augusto primo Romanorum Imperatore.

12. *Ad quos scribitur hoc Procemium?*

Ad cupidam legum iuuentutem.

13. *Cur auditores Institutionum debent esse iuuenes?*

Vt possint in studio Iuris proficere, & tempestiuè ad praxim se conferre.

14. *Cur debent esse legum cupidi?*

Vt non solùm possint, sed etiam velint proficere; quia facultas sine voluntate parum, aut nihil prodest.

15. *Quæ*

15. *Quæ ſunt Imperatori neceſſaria?*
Duo, nempe arma, & leges.
16. *Quis eſt vſus armorum?*
His bellum geritur, vt hoſtes vincantur, & de iis triumphetur.
17. *Quis eſt finis legum?*
His Reſpub. tẽpore pacis rectè gubernatur: nam calumniantiũ iniquitatibus per legitimos tramites expulſis, Princeps fit iuris religioſiſſimus.
18. *Quos vocat calumniantes?*
Omnes quoquo modo delinquentes aut improbè litigantes, alibi aliter accipitur.

Iſag. ff. de calum. n. 2. & de iniur. prop. cal.dād. n.2.

19. *Quos appellat legitimos tramites?*
Iudicia ſecundùm leges ordinata.
20. *Iuſtinianus noſter eſt ne armis an legibus in adminiſtranda Republica vſus?*
Vtriſque.
21. *Quid armis effecit?*
Barbaros ſuperans, & Romanas prouincias quæ amiſſæ fuerant recuperauit.
22. *Quid in legibus præſtitit?*
Subditos rexit tam legibus promulgatis quàm compoſitis.
23. *Quod eſt diſcrimen inter promulgare leges, & componere?*
Promulgare eſt edere, quod vulgò dicimus publicare. Componere eſt multas leges in vnum aliquod volumen coniicere, & componere.

24. *Quot sunt libri Iuris authoritate Iustiniani compositi?*
Tres, primus Codex, cui tanquam appendix, seu supplementum quoddam accedunt Nouellæ constitutiones: secundus Digesta, seu Pandectæ: tertius Institutiones, seu Elementa.

25. *Quid continet Codex?*
Constitutiones Imperiales.

26. *Cur vocatur Codex cùm hæc appellatio cuiuis libro conueniat?*
Ita vocatur per excellentiam, quia est inter omnes libros Iuris præstantissimus.

27. *Quoties edidit Iustinianus Codicem?*
Bis, prima vice ante Digesta & Institutiones. Secunda vice, post Institutiones recognitum, & auctum, quem propterea vocauit Codicem repetitæ prælectionis.

28. *Quando sunt composita & edita Digesta?*
Post primam editionem Codicis.

29. *Quid continetur in Digestis, seu Pandectis?*
Ius antiquum, seu vetus Iurisprudentia.

30. *Quid vocas Ius antiquum, seu veterum iurisprudentiam?*
Id veterum Iureconsultorum commentariis, responsis, & aliis scriptis continetur.

13. *Cur vocantur Pandectæ?*
Quia est opus Iuris amplissimum, omnes Iuris materias in se comprehendens, nam Græcis πᾶν est totum, δέχεσθαι est capere.

32. *Cur appellantur Digesta?*

Quia

Quia titulos non temerè congestos, sed recto ordine digestos continet.

33. *Quando sunt compositæ Institutiones?* — §. cumque.

Post Digesta.

34. *Quorum opera in Institutionibus colligendis vsus est Iustinianus?*

Triboniani, Theophili, & Dorothei.

35. *Qualis vir fuit Tribonianus?*

Fuit vir magnificus, Magister officiorum, Exquæstore sacri Palatij & Exconsule.

36. *Quid pertinebat ad curam Magistri officiorum?*

Disciplina Palatij & officialium Schola.

37. *Quod est discrimen inter Quæstorem, Exquæstorem, & Quæstorium.*

Quæstor est qui quæstura fungitur, Exquæstor qui quæstura functus est, Quæstorius, qui vel quæstura functus, vel dignitate Quæstoria à Principe donatus est.

INDEX TITVLORVM, ET PARAGRAPHORVM Institutionum D. Iustiniani Imperatoris.

LIBER PRIMVS.

De

& Paragraphorum.

LIBER SECVNDVS.

De

Index Titulorum,

De

LIBER TERTIVS.

§. Cùm

& Paragraphorum.

LIBER QVARTVS.

§. *Sequens*

INSTI


Bassetum ut noscas Vidisse in Imagine Vultum
Non satis est Vera hic mentis Imago deest.
Ingenij fætus opus est euoluere: in illis
Depictum propria se dedit ipse manu.

INSTITVTIONES D. IVSTIN. IMPER.

AD VSVM FORENSEM ACCOMMODATÆ;

NOBILI, ET DOCTISSIMO
DOM. FOELICE BASSETO, Consiliario Regio, & Procancellario, in suprema Curia Delphinatus authore.

DE IVSTITIA, ET IVRE.

IVSTITIA, dicitur constans & perpetua voluntas ius suum cuique tribuens, quam Chrysippus apud Gellium lib.6.cap. 1.& 14.cap. 4.dicit esse iniustitiæ priuationem, & eius imaginem, ita factam, & fictam pictoribus atque poëtis, forma, & filo virginali, aspectu vehementi, & formidabili, luminibus

oculorum acribus, neque humilis, neque atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate: Atque adeò iudicem Iustitiæ antistitem oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contraque improbos, nocentésque immisericordem, atque inexorabilem, erectum, & arduum ac potentem, vi, & majestate æquitatis, veritatisque terrificum.

Ius autem à Iustitia est appellatum, cuius regulas & præcepta tradit, & propterea dicitur ius ars boni & æqui l. 1. ff. de iust. & iur.

Iurisprudentia est diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.

Ius, prima sua diuisione, in publicum & priuatum diuiditur.

Publicum, ad statum Rei Romanæ pertinet, ad res sacras, sacerdotia, & magistratus.

Priuatum autem, ad singulorum vtilitatem. Adeò vt cum iuris ars doceat ea quæ pertinent ad res sacras & humanas, meritò eius prudentia & scientia dicitur diuinarum, & humanarum rerum notitia, iusti, atque iniusti scientia.

Sed vtrumque ius docet, & honneste viuere, alterum non ledere, & ius suum cuique tribuere, hæc sunt eius tria præcepta.

Priuatum ius diuiditur, in Naturale, Gentium, & Ciuile.

DE IVRE NATVRALI, gentium, & ciuili.

NATVRALE à Iuſtiniano hic & l. 1.ff. de iuſt. & iur. dicitur quod natura omnia animalia docuit: nam ius iſtud non humani generis proprium eſt, ſed omnium animantium quæ in terra, maríque naſcuntur, auium quoque commune eſt.

Huius ſpecies ſunt maris & fœminæ conjunctio, liberorum procreatio, educatio, tutela, ſui ſuorúmque deffenſio: Quod ex Cicerone 1. libro off. colligitur his verbis.

Principio generi animantium omni eſt à natura tributum, vt ſe, vitam, corpúſque tueatur, declinétque nocitura, & ad viuendum neceſſaria inquirat, & paret, vt paſtum, & latibula.

Commune etiam animantium omnium conjunctionis appetitus procreandi cauſa, & cura quædam eorum quæ procreata ſunt, ſed homines ratione eo vtuntur, beſtiæ impetu, & ſolo inſtinctu, & hoc ius ſemper firmum, atque immu-

tabile permanet, nullóque alio iure tolli aut mutari poteſt.

Ius gentium hic, & in l. 9. ff. de iuſt. & iur. dicitur quod eo omnes prope gentes vtantur, & apud omnes populos peræque cuſtodiatur.

Eius ſpecies enumerantur, in l. 2. & trib. ſeqq. ff. de iuſt. & iur. veluti, erga Deum religio, vt patriæ, & parentibus pareamus, vt vim atque iniuriam propulſemus; quod enim ob tutelam ſui factum eſt, iure factum eſſe dicitur, modo adſit moderamen inculpatæ tutelæ: homini enim hominem inſidiari nefas eſt; ſeruitutes, manumiſſiones, libertatis dationes, iuris huius ſunt: iuri naturali incognitæ, cum omnes natura liberi naſcerentur: Bella hoc iure introducta, diſcretæ gentes, regna condita, dominia diſtincta, agris termini poſiti, meum & tuum introductum; denique commercium, & omnes fere contractus inſtituti, idque vſu exigẽte, & humanis neceſſitatibus.

Ius ciuile dicitur, quod neque in totum à naturali, vel gentium iure recedit, neque per omnia ei ſeruit, itaque cum aliquid addimus aut detrahimus iuri communi, naturali nempe, aut gentium, ius proprium hoc eſt ciuile efficimus.

Itaque merito ius ciuile dicitur quod vnaquæque ciuitas ſibi ius conſtituit, & ipſius proprium

dicitur. Tunc enim esse cæpit cum ciuitates condi, magistratus creari, & leges scribi cœperunt.

Vnde cum Romani sibi leges condiderunt, ius ciuile Romanorum dictum est; sic ius ciuile Atheniensium quo Athenieses, & ius ciuile Gallorum dici potest quo Galli vtuntur.

Et hoc quidem ius mutabile est, quia posteriora iura & leges derogant prioribus, & vt plurimum secundum varietatem temporum mutantur contrario consensu populi, aut alia lege lata.

Itaque omnes populi qui legibus aut moribus reguntur, vtuntur partim iure proprio quod ciuile est, partim communi quod gentium dicitur.

Sed ius ciuile constat aut iure scripto, aut non scripto §. constat inst. de iur. nat.

Scriptum autem ius est, lex, plebiscitum, Senatusconsultum, Principum placita, Magistratuum edicta, responsa prudentum d. §. constat. & l. 7. ff. de iust. & iur. his verbis. Ius ciuile est quod ex legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, decretis Principum, authoritate prudentum venit.

Ius pretorium quod & pars iuris ciuilis est, fuit introductum adjuuandi, vel supplendi, aut corrigendi iuris ciuilis gratia, propter publicam vtilitatem, quod & honorarium dicitur, ab honore prætorum sic nominatum d. l. 7. quia

ſuo anno edicta proponebant, vt ſcirent ciues, quod ius de quaque re quiſque dicturus eſſet ſéque præmunirent l. 2. ff. de orig. iur. & quaſi viua vox eſt iuris ciuilis l. 8. ff. de iuſt. & iur.

Supereſt de ſingulis iuris ciuilis ſpeciebus ſpecialiter agere, & primò de lege, & de his quæ ad legum vim, diſtinctionem, & interpretationem facere videbuntur.

Lex, & ſi vocabulum generale ſit quod omnes iuris ſcripti, & non ſcripti ſpecies comprehendit, tamen hic à Iuſtiniano definitur ita. Lex eſt, quod populus Romanus Senatorio Magiſtratu interrogante, veluti conſule conſtituebat.

Gellius lib. 10. cap. 20. noct. attic. ait legem eſſe generale iuſſum populi, aut plebis rogante Magiſtratu, ſed vtriuſque origo, & quaſi fons rogatio eſt, & rogatio iuſſum populi, aut plebis præcedere debet.

Plebiſcitum eſt quod plebs plebeio magiſtratu interrogante veluti Tribuno conſtituebat, & plebiſcita lege Hortenſia non minus valere quàm leges cœperunt, §. plebiſcitum inſt. de iur. nat. Origo plebiſcitorum fuit tunc, cum plebs in diſcordiam cum patribus perueniſſet, ſeceſſit, ſibique iura conſtituere cœpit quæ plebiſcita vocata ſunt, & demum plebe reuocata, placuit hæc pro

legibus obseruari, & ex his quoque consules fieri.

Differebat lex à plebiscito modo, & specie constituendi: potestas autem & vis vtriusque eadem erat l. 2. ff. de Orig. iur. §. deinde.

Consule rogante populus (cuius appellatione vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam patricijs, & Senatoribus) legem constituebat.

Tribuno autem rogante, plebs, qua citra patricios & Senatores cæteri ciues significantur, legem constituebat quæ plebiscitum dicebatur: huiusmodi fuit lex Aquilia quàm Aquilius tribunus plebis à plebe rogauit l. 1. §. fin. ff. ad l. aquil.

Consul Senatorij ordinis erat, aut patriciorum qui ex patribus, & nobilibus origmem ducebant.

Tribunus, plebeij ordinis: Posteà Consules etiam ex plebeijs creari cœperunt post reuocatam plebem quæ in montem sacrum secesserat.

Senatusconsultum est quod Senatus iubet atque constituit §. Senatusconsultum inst. dict. tit. Cuius origo fuit tunc, cum auctus esset Populus Romanus in eum modum, vt difficile esset in vnum eum conuocare, legis sanciendæ causa, æquum visum est Senatum vice Populi Consuli l. 2. §. deinde ff. de Orig. iur. atque ideo non ambigitur Senatum ius facere posse l. 9. ff. de legib.

En France les Cours Souueraines ont pouuoir de

verifier, limiter, ou restraindre; voire de ne receuoir les Edicts du Roy, quand ils sont contre les loix du Royaume, contre l'vtilité publique, & au preiudice du tiers.

Responsa prudentum sunt sententiæ & responsa eorum quibus permissum erat ius interpretari, & de eo publicè respondere, à quorum responsis non licebat iudici recedere, quorum responsa pro legibus habentur: & in toto pandectarum volumine continentur: origo eorum scribitur l. 2. §. his legibus ff. de Orig. iur.

Principum placita, seu constitutiones vim legis habent, §. sed & quod, inst. de iur. nat. ibi, sed quòd principi placuit legis habet vigorem, cùm lege regia populus in principem omne suum imperium transtulerit & potestatem.

Quicquid ergo princeps constituit vel cognoscens decreuit, vel edicto præcepit legem esse constat, & hæc sunt quæ constitutiones appellantur, l. 1. in pr. C. de const. princ. Quæ quidem in omni loco valere debent l. 3. §. Diuus Adrianus ff. de sepul. viol.

De telle sorte sont nos Ordonnances Royaux, lesquelles ont lieu par toute la France, sinon qu'elles soyent specialement faictes pour quelque Prouince, comme celles d'Abbeuille, qui sont specialement pour le Dauphiné.

Il

Il faut garder ces Ordonnances, comme nostre droict Ciuil, & en ce que par icelles il n'est expressément derogé à ce qu'est decidé par les loix du Digeste, du Code, & Autentiques, il faut obseruer & suiure lesdites loix, comme ayans esté receuës par nos Rois; mesmes en cette Prouince regie par le droict escrit.

Nous auons aussi en Dauphiné vn Statut local qui contient les priuileges de la Prouince, & constitutions des Princes Dauphins, qu'il faut obseruer comme confirmez par nos Roys, qui ont eu le Dauphiné sous condition de maintenir les subjects aux libertez, & droicts portez par lesdits Statuts.

Sed planè ex constitutionibus principum, quædam sunt generales quæ omnes procul dubio tenent, Aliæ sunt personales quæ nec ad exemplum trahuntur, nec personam egrediuntur, d. §. sed & quod. hoc tit. neque ad hæredes transeunt, l. 156. ff. de reg. iur.

Sacræ etiam regulæ pro legibus habentur l. 6. C. de sacros. Eccl. ibi, omni nouatione, & l. denique eod. ibi, omnes pagmaticas sanctiones.

Sententia etiam ab Imperatore, aut principe lata partibus auditis vim legis habet l. si Imperialis majestas C. de legib.

Hic tractandum erat de rescriptis principum quæ maximè videntur pertinere ad eam patrem

conſtitutionum quas perſonales diximus,ſed alio loco vtilius commodiuſque dicemus. Nunc de iurenon ſcripto.

Sine ſcripto ius venit,quod vſus approbauit,nam diuturni mores conſenſu vtentium comprobati legem imitantur. §.ex non ſcripto. hoc tit.

Inueterata enim conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur l. de quibus §. inueterata ff.de legib. eſt enim hoc ius quod dicitur moribus conſtitutum.

Leges enim ſuffragio, & conſenſu populi recipiuntur ſcripto : ſed ſi quid ſine ſcripto populus probauit omnes tenet.

Quò fit vt leges non ſolum ſuffragio, ſed tacito conſenſu per deſuetudinem abrogentur. Ita vt eo modo quo conſtituuntur tollantur, ſi ſcripto, contraria ſcriptura; ſi ſine ſcripto, & ſolo vſu, & moribus conſtituuntur, cõtrario vſu moribúſque contrariis abrogãtur,& delentur. dict.l.de quibus. Diuturna conſuetudo pro iure, & lege in his quæ non ex ſcripto deſcendunt obſeruari ſolet l. diuturna ff.de legib.

Sed ea quæ longa conſuetudine comprobata ſunt,ac per annos plurimos obſeruata, velut tacita ciuium conuentione, non minus quàm ea quæ ſcripta ſunt iura ſeruantur,l.ſed ea.eod.

Imò magnæ auctoritatis hoc ius habetur quod in tantum probatum est, vt non fuerit necesse scripto id comprehendere.l.imo.eod.

Nam & consuetudo præcedens, & ratio quæ consuetudinem suasit custodienda est, & ne quid contra longam consuetudinem fiat ad solicitudinem suam reuocabit preses prouinciæ. l.1.C. quæ sit longa consuetudo.

Antiquitus enim probata, & seruata consuetudo, perpetuæ legis vim obtinet, eamque imitatur. l.leges C. eod. Sed ita demum iuri scripto locus est, si præcedens consuetudo non extet in contrarium. Legum enim romanarum non est vilis authoritas, sed non adeo vim suam extendunt, vt vsum vincant, aut mores.lib.2.feudorum tit.1.vers. legum. In primis tamen in consuetudinario iure animaduertimus, non tam quod factum, quam quod fieri debuit. Atque ideo animaduertendum, an etiam contradictorio aliquando iudicio consuetudo confirmata sit.Vlp.in l.cum de consuetudine ff.de legib. Ius scriptum exemplo Atheniensium à quibus leges 12. tabularum petitæ sunt à duumuiris, romani constituerunt. Consuetudinarium exemplo Lacedemoniorum conditum, qui non scripto sed memoria iura sua tenebant.

Ius priuatum quo vtimur pertinet, vel ad per-

ſonas, vel ad res, vel ad actiones. Sed antequam hæc diſcutiamus, videamus quædam quæ ad leges contendas, & interpretandas generaliter ſpectant.

Supra diximus ex definitione Iuſtiniani, & Gellij, legẽ eſſe iuſſum populi aut plebis, Conſule, aut Tribuno rogãte, quod magis ad formã legum condendarum pertinere videtur, quam ad veram legis aut definitionem, aut certè deſcriptionem.

Præterea prior diffinitio ad leges à populo, aut plebe latas tantum pertinet: ſed vti diximus legis verbum, & nomen, omnes iuris ſcripti, & non ſcripti ſpecies complectitur.

Lex igitur ita à Papiniano definitur in l. 1. ff. de legib. lex inquit, eſt commune præceptum, virorum prudentum cõſultum, delictorum quæ ſponte, vel ignorantia contrahuntur cœrcitio, communis reipublicæ ſponſio: Addit Marcellus Iuriſconſultus ex Demoſthene in l. 2. d. tit. ſecundum quam omnes decet viuere qui in ea ciuitate ſunt; & ex Chryſippo ait, lex tam diuinarum quam humanarum rerum omnium regina eſt, eamque oportet rebus honeſtis turpibuſque præſidere, principemque ac ducẽ eſſe, ac regulam iuſtorum, & iniuſtorum, facienda præcipiens, prohibens non facienda.

Cicero 1. de legib. appellat legem rectam rationem in iubendo, & vetando, & lib. 2. actionem

profectam à natura, quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibétque contraria. Cuius vim Chryſippus apud eundem lib. 1. de nat. deor. iouem eſſe dicit, eſt enim à Deo petenda. Differt autem lex à jure, vti præcepta ab ipſa arte.

Vt enim ars dicitur collectio præceptorum, & vna quæque ars ſua habet præcepta, ita & ſua habet ius, quod eſt ars boni, & æqui, nempe leges quæ omnes ſpecies (vti dictum eſt) & iuris ſcripti, & non ſcripti continent, quibus docemur honeſte viuere, neminem lædere, ſuum cuíque tribuere

Leges autem, ſiue etiam iura, aut conſenſus fecit, aut neceſſitas conſtituit, aut firmauit conſuetudo. l. ergo ff. de leg.

Lex futuris, non præteritis negotijs formam dare ſolet, imo debet; nam leges & conſtitutiones certum eſt dare formam negotijs futuris non ad facta præterita reuocari, niſi nominatim & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotijs cautum ſit. l. leges C. de legib. Quod enim iam præterijt cur quis lege perſtringat? Nouella 73. §. obtineto.

Ex eo tamen tempore valent ex quo in commune omnibus manifeſtæ factæ ſunt, & datur bimeſtre tempus poſt publicationem. Nouell. 66. §. ſancimus.

Ferendæ autem leges de ijs quæ frequenter, non quæ raro accidunt l. 3. 4. & 5. ff. de legib. quod enim ſemel, aut bis extitit tantum, id legum latores prætereunt.

Virtus autem legis, officium, & effectus eſt imperare, vetare, permittere, & punire l. virtus eod.

Cum lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat l. cum lex ff. eod.

Et legibus id maxime liquet, quomodo nobis acquiramus, conſeruemus parta, aut eadem amittamus. l. vlt. ff. de legib. ibi, totũ ius enim conſiſtit in acquirendo, aut in conſeruando, aut minuendo, ſiue amittendo.

Conſtituuntur autem non in ſingulas perſonas, ſed generaliter. l. iura ff. eod. idque forma præſcripta in l. humanum eſſe. C. de legib. vbi Imperator pollicetur nullam ſe legem laturum, niſi procerum, & Senatorum conſilio præ habita deliberatione.

Hodie ſolius Imperatoris eſt iura, & leges condere, poſteaquam in eum lege regia omne tranſlatum eſt imperium.

Leges autem non ita ſcribi poſſunt, vt omnes caſus comprehendant, ſed ſufficit ea quæ frequentius accidunt continere. Quo fit vt cætera quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatio-

ne, vel certa iurisdictione suppleantur. Ad casus namque consimiles, is qui præest iurisdictioni solet iura legésque extendere, atque ita ius dicere. l. etiam,& ll.duab.seq.ff.de legib.

Quod si ita ambigua sit quæstio,quæ nullo iure decisa videatur, ad principem recurrendum, cuius non modo condendi, sed interpretandi ius est. l.2.§.sed quia diuinæ. & §. si quid vero C.de vet.iur.enucl. & l. 1.9. & 10.C.de legib. si enim in præsenti leges condere soli Imperatori concessum est,& leges interpretari solo dignum imperio esse opportet.l.fin.C.eod.

Sed in legum interpretatione benignior semper sententia sequenda est, benignius enim leges interpretandæ sunt quo voluntas earum conseruetur.l.benignius. & l. seq.ff. de legib. ne ea quæ ad vtilitatem hominum sunt introducta, duriore interpretatione ad seueritatem producantur. l. nulla ff.eod. in ambiguis enim benigniora præferenda sunt. l. semper ff.de reg. iur. Priores vero leges vt plurimum trahuntur ad posteriores declarandas, vti posteriores ad priores. l.ideo.& l. sed & posteriores ff. de legib. Et quoties lex duas sententias habet,ea sequenda quæ negotio gerendo aptior est.l.quoties ff.de reg.iur.

Sed in primis inspiciendum est in legis inter-

pretatione,quo iure ciuitas retro in eiusmodi casibus vsa fuit: optima enim legum interpres consuetudo. Nam Imperator noster seuerus rescripsit in ambiguitatibus quæ ex legibus proficiscuntur, Consuetudinem,aut rerum perpetuo similiter iudicatarum autoritatum vim legum obtinere. l. si de interpretatione. & l. seq. ff. de legib.

Et quæ in fauorem introducta sunt, non debent in odium retorqueri. l. quod fauore. C.de legib.vti etiam beneficia principum sunt plenissimè interpretanda.l.3.ff.de constit. princ. Principes autem legibus soluti sunt. l.princeps ff.de legib. Digna tamen vox est majestate regnantis legibus alligatum se principem profiteri. l.digna vox.C. de legib.

Aduersus leges quædam dantur exceptiones, nempe si iuste lata non est, veluti ab eo qui ius condendi non habuit. 2.si posteriore abrogata.3.si contraria lege sublata.

Hæc dixisse generaliter sufficiat de legibus,earúmque definitione, vi, latiore interpretatione, & extentione:nunc transeamus ad eum titulum qui de iure personarum inscribitur.

DE

DE IVRE PERSONARVM.

SVperiore. §. & finali Imperator docuit omne ius quo vtimur, ſiue id publicum, ſiue id priuatum ſit, pertinere ad perſonas, res, & actiones. Sed quia perſonarum cauſa iura conſtituta ſunt, priùs de iure hoc eſt de ſtatu, & conditione perſonarum tractat, quam rerum, & actionum. Orditur itaque à diuiſione ſtatus perſonarum. Omnes homines, ait, aut liberi ſunt, aut ſerui.

Libertas, ex qua liberi vocantur, eſt naturalis facultas eius quod cuiq; facere libet, omnes enim natura liberi nati ſunt, quo fit vt libertas ſit iuris naturalis, erant enim vnius tantum conditionis iure naturali homines, nempe liberi. §. ius autem ſuprà de iur. nat.

Seruitus eſt conſtitutio iuris gentium qua quis dominio alieno contra naturam ſubijcitur, iure enim gentium introducta ſunt bella, inde captiuitates ſecutæ, & ex his ſeruitutes. Et quia capiebantur mancipia, quaſi manucapta dicta ſunt, & ſerui à ſeruando, aut ſeruiendo, ſeruabantur, vt venderentur, aut inſeruirent dominis.

Non ſolum autem ſerui ſunt qui captiuitate facti ſunt noſtri, aut venditione ſi à nobis empti; ſed etiam qui ex ancillis noſtris naſcuntur ſerui ſunt, vnde Imperator ait fieri, aut naſci; & nota hic partum ſequi conditionem matris, vt ſi libera ſit, liber : ſi ſerua licet ex patre libero, ſeruus.

Mais au nom de la famille, Nobleſſe & Honneurs, le fils ſuit la condition du pere; en ſorte que ſi le pere eſt Noble, & la mere ne le ſoit, le fils eſt Noble: Au contraire ſi le pere eſt plebée & roturier, & la mere damoiſelle, le fils demeure roturier; ſuiuant en cela la condition du pere. l. Senatoris filius, & l. 2. ff. de Senat. l. exemplo Senatorij ordinis patris originem vnuſquíſque ſequatur. C. de decur. *De ſorte que la regle* partus ſequitur conditionem ventris, *n'a lieu qu'aux ſeruitutes. Et iaçoit que le Plaute vſurpe ſouuent* ingenuitatem pro nobilitate; *Toutesfois*, qui naſcitur ex libera, & patre ſeruo, ingenuus eſt vti ſequenti titulo dicemus, ſed non ita in nobilitate.

Fiunt etiam ſerui certo iuris ciuilis modo, quod ius gentium ſequutum eſt, nempe cum homo liber ad pretium participandum ſe venundari patitur, ſeruatis ſeruandis, velut ſi maior 20. annorum eſt, & ſe ſciat liberum. Et ignoranti conditionem libertatis vendatur, emolumentúm-

que ex pretio ſentiat. gloſſ. hic in verb. major.

Hæc de ſeruitute perſonali ſatis ſupérque,cum in deſuetudinem abierint, nec multum proderit noſce ſi vnius tantum conditionis, aut plurium fuerint. Ratione officij, & miniſterij inter ſeruos differentia fuit, ſed ratione dominicæ poteſtatis nulla fuit.

DE INGENVIS.

DIXIMVS libertatem eſſe naturalem facultatem eius quod cuíque facere libet, niſi quodvi, aut iure prohibetur. l. 1. ff. de ſtat. homin. & iuuenalis eum liberum tantum exiſtimat qui ſuo arbitrio viuit. Cicero 1. offic.& in partit. ait, libertatis proprium eſſe viuere vt velis : ac proinde ineſtimabilis res libertas ſemper meritò eſt habita, nec gratiùs quicquam libertatē præſtari poteſt? Ea de cauſa Terentianus ille cum ſeruum manumiſit, & libertate donauit dixit, quod ſummum habui pretium perſolui tibi, & his verbis proferre ſolebat, accede huc ſyre, liber eſto,& quo voles abito. Sed de hoc ſuo loco. Et quemadmodum qui liber eſt, viuere dicitur, quia ſuo arbitrio viuit : ita qui ſeruitutem ſeruit, mori

dicitur, quia precario viuit, & tandiu quandiu Domino placet, adeò vt serui pro nullis habeantur. l. quod attinet ff. de reg. iur.

Sed in definitione libertatis adest duplex exceptio, nisi vi, aut iure prohibeatur. Vis corpus respicit, & idpertinet quando vi in bello capiuntur. Prohibitio iuris animum potissimum cogit. Vim appellat Iurisconsultus maioris rei impetum, qui repelli, vel saltem ex arbitrio, vel commode non potest. l. 2. ff. de eo quod met. cau. Et secundum Vlpianum in l. 1. d. tit. vis necessitas est contraria alicuius voluntati. Sed illud non omnino extra naturam fit, quia vt ait D. Petr. Epist. 2. c. 1. à quo quis superatus est, illius est seruus.

Prohibitione autem iuris serui etiam fiunt, quales sunt hi qui faciunt peccatum, serui peccati sunt. Atque ideo pauci liberi esse possunt, quia vt ait Arist. lib. 2. ad Theod. c. 21. fere omnes fortunæ, aut pecuniæ seruiunt. Et qui legibus viuunt legum dominationi, & Imperio subijciuntur. Habet enim lex vim cogentem Imperio. l. legis virtus. ff. de legib. Et hæc vis dicitur vitæ conseruatrix, & libertatis vitio lezæ.

Itáq; vix est vt definitio subsistat, nempe vt aliquis liber sit, & qui suo arbitrio viuere possit. Sed liberum proprie dicimus, qui alienæ non subijci-

tur dominationi:seruus contra qui domino seruit.

In quo etiam animaduertimus aliquid, quod à natura proficiscitur. Cum enim corpora quædam robustiora fecerit, ideo fecisse videtur vt seruiant; aítque Aristoteles lib. 1. Politic. cap.3. & 4. quibusdam prodesse, vt cum regere nesciant, seruiant: neque graue videri, vt ijs seruiant qui vim afferre possunt, & potentia præcellunt.

Ex his autem qui liberi sunt quidam ingenui dicuntur, alij libertini. §. fin. tit. præced.

Porro ingenui dicuntur, qui statim vt nati sunt liberi sunt, siue vtérque parens fuerit ingenuus, alter libertinus: siuè ex matre libera, patre seruo. Et sufficit matrem fuisse liberam vel conceptionis, vel natiuitatis, vel etiam medio tempore, licet postea ancilla facta: quia ei qui in vtero est calamitas matris obesse non potuit, idque fauore libertatis. Et merito ingenuum appellat Cicero in topic. eum, cuius maiores seruitutem numquàm seruierunt, ingenuitásque intacta, & illibata fuit.

§. *CVM AVTEM.*

FACTI species hæc esse potuit. Cum Titius ingenuus natus, in seruitute fuerit, & postea manumissus quærebatur, ingenuus an li-

bertinus esset, & responsum est ingenuum esse, neque natalibus officere manumissionem.

Ratio dubitationis fuit, quia per manumissionem seruus, libertinus fit patrono aquo manumissus est. Sed ratio decidendi fuit, quia manumissio natalibus non obstat, cum factus non natus seruus sit. Sed alia ratio quæ magis idonea videtur sumitur ex l.2.C.de ingen. manu. nempe hunc qui natus est ingenuus, fuisse in seruitute, sed vere seruum non fuisse nec iure gentium, nec iure ciuili. Atque ideo etsi obsequia seruitutis præstiterit, non esse seruum. Quod si obsequia seruitutis seruum non faciunt; neque manumissio libertinum faciet. Et hæc est vera §. huius explicatio. Si enim is qui ingenuus natus est, postea in seruitutem verè redactus esset, per manumissionem libertinus fit, nec natalibus, hoc est ingenuitati restitui potest, ne quidem rescripto principis: nisi volente & consentiente domino eóque patrono. L. 2. ff. de nat. restit. neque enim priuari iure suo potuit.

De cecy il faut noter, que la Noblesse est comme l'ingenuité, nam is nobilis dicitur qui ex parentibus nobilibus ortus est, & qui inter plebeios redacti non fuerunt; à patre, auo, aut proauo nobilibus nati. Barth. in l. 1. C. de dign. lib. 10. Et

vti diximus, Plautus frequenter ingenuitatem pro nobilitate vſurpat, & valet argumentum ab ingenuitate ad nobilitatem, quia ſicut ingenuus dicitur, cuius majores ſeruitutem non ſeruierunt: Ita nobilis cuius majores inter plebeios non fuerunt redacti, aut ab ijs orti qui à principe nobilitati ſunt, aut etiam ab ordine Senatorum qui inter illuſtres & nobiles ſunt: *Mais il faut que* Nobilis, Nobiliter viuat: *Car s'il ſe meſle d'actes roturiers; comme du faict de la marchandiſe, & autres mecaniques, il ne peut iouÿr des priuileges des Nobles, & ſera mis aux tailles auec les roturiers & taillables. Deſiſtant auſſi, il peut reprendre ſa Nobleſſe; ainſi la reprins le Procureur Girard, ayant laiſſé d'eſtre Procureur; ainſi la reprins Monſieur Fiquel, ayant laiſſé d'eſtre Greffier; ainſi la reprins Valier, ayant laiſſé de faire la marchandiſe. Que ſi le pere auoit faict actes de roture? quoy qu'il fut nay de maieurs Nobles, & qu'il ſoit mort exerçant train roturier, ſon fils peut recourir au Roy & obtenir Lettres, par leſquelles il ſera reſtitué en ſa Nobleſſe; nonobſtant les actes de ſon pere: Et cecy eſt* ea reſtitutio quæ natalibus dicitur, hoc eſt ingenuitati, & priſtinæ nobilitati, quæ fauorabilis eſt. *Car le retour d'vne chacune choſe, à ſon premier eſtat eſt fauorable.* Et hodie natalium reſtitutio, nobilitatio dicitur, & abſterſio ſordidæ plebeiorũ conditionis.

DE LIBERTINIS.

VTi iam diximus iure gentium bella ſunt introducta, captiuitates ſequutæ: & ex his ſeruitutes, ex quibus item introductæ manumiſſiones, & ex his libertini facti.

Sunt autem libertini qui ex iuſta, hoc eſt iure eo permiſſa ſeruitute manumiſſi ſunt, hoc eſt liberati dominica poteſtate. Sic dicimus eos in manu eſſe qui in poteſtate, & quando liberantur, manumiſſi dicuntur. Eſt enim manumiſſio, de manu datio, aut miſſio vt liberi ſint. Sed quandiu ſunt in ſeruitute, manui, & poteſtati ſuppoſiti ſunt.

Multæ & variæ antiquitus formæ manumiſſionum introductæ, quibus liberi fiebant, nempe coram magiſtratu, vindicta, cuius extat titulus.ff. de manu. vind. à iunio Bruto primo libertatis aſſertore, & eijciendorum regum authore, nomen accepit, & vindicta ſumpta de regibus ſeruum quendam vindeliorum nomine vindicem, manumiſit. Fiebant & liberi teſtamento, epiſtola, aut alio modo, quo de voluntate manumittentis conſtabat. Formulam etiam ex Terentio ſupra poſuimus.

Sed

Sed non ſolum volentibus, ſed quandóque inuitis dominis ſerui liberi fiebant, non quidem hi qui iuſta ſeruitute permiſſa iure gentium, aut ciuili ſeruiebant: ſed hi qui cum liberi eſſent, in ſeruitute erant. §. vlt. ſupr. de ingen. Hi enim ad libertatem proclamare poterant, & eam vendicare inuitis dominis. tot. tit. ff. de liber. cauſa.

Sunt & alij pleríquè caſus quibus inuitis dominis ſerui liberari poſſunt dominica poteſtate. Sed quia hæc in deſuetudinem abierunt, nec ad exemplum trahi poſſunt, non eſt diutius immorandum. Id notatu dignum videtur ſi Iudeus ſeruum Chriſtianum emiſſet eo ipſo liberum factum. c. mancipia. diſt. 54. & l. vnic. C. ne Chriſtianum mancip. Iud. aut. Pagan. habeat.

Et quamuis autea libertinorum ſtatus tripertitus eſſet, tamen Iuſtiniani authoritate ſublato diſcrimine omnes eiuſdem generis, priuilegij, & ciues Romanos eſſe conſtat.

QVIBVS EX CAVS. manum. non licet.

DICTVM eſt volentibus Dominis, & quandóque inuitis, ſeruos libertatem conſequi. Hic titulus ait quandóque etiam volente

domino ſeruum libertatem conſequi non poſſe.

Cum enim ſerui in bonis eſſent, & vendi poterant, creditoribus obligati erant vti & cætera domini bona. Bona autem in fraudem hypothecarum creditorum obligari nequeunt.

Emancipatio ſpecies alienationis eſt, quia ſeruus emancipatus deſinit in bonis, manu, & poteſtate domini eſſe.

Itaque ſi in fraudem creditorum emancipatur, emancipatio, & alienatio quod ad creditores attinet non valet, nec in fraudem eorum ſeruus liber eſſe poteſt. Quod fit ſi eo tempore quo manumittitur, dominus ſoluendo non eſt, ſi modo adſit dolus, & conſilium fraudis. Si enim non eo animo fraudis manumiſerit, liber manet: cum enim animus fraudandi abeſt, fraus fieri non dicitur.

Id quod lege ælia ſentia conſtitutum eſt, ſed eadem lege etiam cautum, vt ſeruus hæres inſtitutus, & liber & hæres neceſſarius, hoc eſt velit nolit fiat, ſi modo alius non ſit, aut eſſe velit. Idque ideo, vt ſeruus hæres neceſſarius creditoribus ſatisfaceret, aut eius nomine res hereditariæ venderentur, eo libero permanente. Eo enim ipſo quod heres eſt inſtitutus ſiue dominus ſit ſoluendo, ſiue non ſit, liber fit: Cum enim heredis, &

defuncti eadem persona sit per representationem, non est verissimile testatorem voluisse eum quem heredem instituit, seruum remanere.

§. EADEM LEGE.

Cvm lege Ælia sentia constitutum esset, minorem viginti annis non posse manumittere seruum, nisi iusta de causa, & authoritate magistratus & vindicta: iustæ causæ manumissionis numerantur ab Imperatore, nempe si patrem, matrem, filium, filiámue, fratres, & sorores naturales, pædagogum, nutricem, educatorem, alumnum, alumnámue, aut collectaneum manumittat, aut ancillam matrimonij causa, modo intra sex menses nupserit, & iusta de causa non impediatur, quam causam semel approbatam minor reprobare non potest, nec in integrum restitui fauore libertatis.

Sed cum minor 20. annis qui 14. suæ ætatis annum agebat, testamentum facere, & heredem relinquere posset, mirum quamobrem fauore libertatis manumittere ante vicesimum suæ ætatis annum non posset. Atque ideo Imperator ita prospexit, vt sua constitutione voluerit mediam viam sequendo, minorem qui decimum septimum annum attigerit, testamento posse ser-

uum manumittere. Teſtamenta enim ambulatoria ſunt, & ſola morte confirmantur, adeo vt ſi minor non moriatur adhuc, & ſeruorum, & omnium bonorum de quibus diſpoſuit dominus ſit, nec dominio priuatur, niſi morte. Sed cum extra teſtamentorum, & vltimam voluntatem manummiſſio fit ſtatim liber efficitur, & dominica poteſtate eximitur, in quo & cõſilio, & iuſta cauſa opus eſt. Alioqui cum innumeris autoritatibus ſit minoribus ſuccurſum, fieri poterat vt ſeruus manumiſſus minore ob iuſtam cauſam reſtituto, libertate priuaretur. Sed cum teſtamentaria voluntas ambulatoria ſit vſque ad mortem, non poteſt ita grauatus videri minor qui teſtamento ſeruum liberum eſſe iuſſit. Voluit tamen Imperator propter ſummum libertatis pretium (æſtimari enim non poteſt) vt teſtator qui teſtamento manumittit, decimum ſeptimum annum impleuerit, & decimum octauum attigerit. Huic enim ætati cum liceat pro alijs poſtulare, multo magis ſeruis libertatem dare.

Quod autem ſupra dictum eſt iuſtam eſſe cauſam manumittendi propter futurum matrimonium ſi intra ſex menſes nubat ancilla; hic locus pertinere videtur ad reſcripta principum, *que nous appellons Breuets & Placets, par leſquels le Roy*

nous accorde quelque chose: Car si dans six mois on ne leue les Prouisions, le Breuet & le Placet demeure nul: mais on a accoustumé de le faire renoueller pour empescher la prescription de six mois: Voila à quoy ce lieu peut seruir en argument de tels octrois.

Locus hic etiam de minoribus, & eorum restitutione latius patet, sed hic apposite tractari non potest, cum elementa tantum, & iuris primordia doceantur.

DE LEGE FVSIA Canimia tollenda.

QVEMADMODVM lege Ælia sentia, modus quidam datus erat manumissionibus, ne minoribus passim liceret seruos manumittere néque inter viuos, néque testamento, nisi certis de causis, & certa ætate: hæc lex etiam quæ à fusio Caninio lata est, modum dederat manumissionibus quæ testamento fiebant, non solum minoribus, sed & majoribus, ita vt secundum numerum seruorum aut mediam partem, aut tertiam, aut quintam manumittere possent: Sed Iustinianus sublata lege fauore libertatis, cum alioqui inter viuos manumittere omnes liberum erat, vt etiam testamento liceret permi-

ſit. Nihil enim eſt quod magis hominibus debeatur, quam vt ſupremæ voluntatis poſtquam iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtilus, & licitum quod iterum non redit arbitrium. l. 1. C. de Sacroſ. Eccl.

DE HIS QVI SVI VEL alieni iuris ſunt.

IMPERATOR ait, homines alios eſſe ſui iuris, alios alieno iuri ſubjectos. Rurſus qui alieno iuri ſubjecti ſunt, aut in poteſtate dominorum ſunt, aut in poteſtate parentum, quibus cognitis eos neceſſario cognouerimus qui ſui iuris ſunt. Cum enim relata ſint dominus, & ſeruus, pater & filius: cognito ſeruo, cognoſcitur & dominus de quo ſeruus prædicatur. Et ſanè omnes qui néque ſerui, néque filij ſunt, ſui iuris ſunt, cum néque dominicæ, néque patriæ poteſtati ſuppoſiti ſint.

Poteſtas autem dominorum in ſeruos vti iam ſæpe diximus, iuris gentium eſt, erátque vitæ & necis. Licebat enim vſque ad necem dominis in ſeruos ſæuire: ex quo euenit vt ſerui qui impetum, vim, & ſæuitiam dominorum pati non poterant, tanquam ad Aſylum ad ædem ſacram,

aut ſtatuam principis confugiebant, quibus in locis nec poterant capi, nec licebat in eos ſæuire. Sed paulo poſt conſtitutum à Pio Cæſare, vt liceret caſtigare non ſæuire: quod ſi facerent domini, de homicidio tenebantur. l. 1. C. de emend. ſeru. & l. fin. C. de his qui ad Eccl. confug. non ex trahebantur ab Eccleſia niſi cauſa cognita.

Secundum ius dominicæ poteſtatis eſt, quod ſeruus quicquid acquirit, dominio acquirit, nihil enim ſibi habere, poſſidere, aut acquirere poteſt, vt infra tit. per quas perſonas nobis acquiritur docebimus.

Tertium ius, hoc eſt vtilitas dominorum in ſeruos eſt, vt velint nolint vt iam diximus, heredes inſtitui poſſunt, ex quo neceſſarij dicuntur: ſed hoc caſu liberi fiunt, de quo dicemus infr. tit. de hæred. inſtit.

DE PATRIA POTESTATE.

ALEXANDER ab Alexandro lib. genial. dier. 6. c. 9. ait, ius patriæ poteſtatis eſſe legis duodecim tabularum: ſed antiquius erat, nempe ex legibus Romuli quibus erat patri in filios ius vitæ, & necis. Sed ea non lege vlla, ſed quadã deſuetudine ſublata ſunt, nulli enim repe-

riuntur qui ita in filios ſæuiant, cum eadem prope patris, & filij perſona ſit. Filium autem appellat qui ex iuſtis nuptijs natus eſt, eſt enim reuera filius quem iuſtæ nuptiæ demonſtrant, & hi qui ex iuſtis nuptijs naſcuntur in poteſtate ſunt parentum. Qui autem ex illicito, damnato, & nefario coïtu nati ſunt, incerto aut illegitimo patre, filij non dicuntur, nec in poteſtate eius ſunt.

Nuptiæ autem ſiue matrimonium, eſt viri & mulieris conjunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, ſocietas diuinæ, & humanæ domus. Itáque qui ex huiuſmodi nuptijs legitimis naſcuntur in poteſtate parentum ſunt.

Deníque & filij qui ex maſculis naſcuntur, ſunt etiam in poteſtate: ſed qui ex filiabus naſcuntur, quia in alienam familiam tranſeunt, ſunt in poteſtate patris ex quo nati ſunt.

Alia iura patriæ poteſtatis videbimus infra tit. per quas perſonas vobis acquiritur.

DE NVPTIIS.

ANTEQVAM de Nuptijs dicamus, pauca de ſponſalibus præfari oppertet quæ & nuptias præcedere ſolent multis de cauſis, vt parentum conſenſus habeatur, cum filiarum

rum maximè consilia contra propria commoda laborent.l.4.C.de spon.2.Et vt mores ingeniúmq; conjugis experiatur.3. vt charior vxor sit. 4.vt dilatio detur præparandæ dotis, quæ nuptiarum causa dari solet.5.& hac præcipue ratione, vt intermedio tempore apud Curiones Ecclesiæ publicè in Ecclesia proponatur matrimonium futurum, & si quod impedimentum esset quod obstaret nuptijs, palàm,& apud acta curionis proponeretur. Ac proinde metu excommunicationis sponsalia fiunt per verba de futuro, quia si per verba de præsenti fierent, matrimonium esset: quod non posset citra excommunicationis pœnam, & censuram fieri ante publicationes trinas, & nunciationes cũ benedictione Ecclesiæ. Quod si contra fecerunt, matrimonium clandestinum dicitur.

Sponsalia autem dicuntur à spondendo quod promissionem futurarum nuptiarum contineant. l. 1. ff. de spons. Erat enim vsu receptum,vt liceret stipulari,& vicissim spondere vxores futuras. l. 2. d.tit. vnde sponsi, & sponsæ appellatio dicta est.l. 3. eod.

Formula hæc erat sponden' tuam natam vxorem iri? spondeo. Erant autem huiusmodi sponsiones, firmiores, pactiones quæ adhibitis li-

bationibus, & sacris fiebant maximè in iudicijs, & fœderibus sanciendis, vnde dicebantur sacramenta vini libatione sancita, & dexteræ datæ; *Et auiourd'huy en plusieurs lieux il s'obserue, que les Espoux boiuent en nom de mariage*; quo sponsio sit firmior, & tutior non quod id necessario desideretur, quia solus consensus sufficit, vt dicemus postea, sed stipulationem spontio sequitur.

Et in hoc differunt sponsalia quæ de futuro fiunt, à nuptiis quæ de præsenti, & cum Ecclesiæ benedictione, vt sponsalia dissolui possint, nuptiæ autem nequeant; quia efficiunt indiuiduam vitæ consuetudinem, & indissolubilem, & sunt duo in carne vna vi Sacramenti, qui adeo iuncti separari nequeunt.

Itaque sponsalia consensu contracta ante benedictionem Ecclesiæ contrario consensu dissolui possunt, nisi iuramentum interuenerit, & alter sponsorum contra dicat; *Toutesfois en payant l'interest, celuy qui se depart de sa promesse est quitte: Que si la promesse estoit conditionnée, on la iugera par la loy de la condition comme aux autres contracts.*

Sponsalia tam inter puberes, quàm inter impuberes contrahi possunt. Paulus lib. 1. recept. senten. cap. 2. neque enim vti in nuptijs certa ætas diffinita est. l. in sponsalibus. ff. de spons.

Solent dari arræ ſponſalitiæ, & oſculus interuenire, & quædam largitas ſponſalia, & quandoque donationes, ſed ſolutis ſponſalibus accepta reſtituntur: de huiuſmodi dicemus cum de nuptijs dicemus, quia habent tacitam conditionem ſi nuptiæ ſequantur, niſi is qui repetit, dederit cauſam reuocationi ſponſaliorum tunc enim non repetuntur quæ ſponſaliorum nomine data ſunt.

Nuptiæ autem à nubendo dictæ ſunt, quia virgines pudoris cauſa caput obnubebant, & celabant, ſic Rebeca antequam virum Iſaacum cui deſponſata erat vidiſſet teſtandi pudoris cauſa caput ſuum obnubere cœpit. Idque etiam vſu fuit, vt ſe viris ſubditas eſſe norint, hunc enim & pro capite ſumunt, & ei ſe ſubmittunt. Caputque vxoris vir, & viri Chriſtus dicitur. 1. Corinth. c. 2.

Antiquitus etiam pudicas matronas capite velatas eſſe conſtat, & proinde ſulpitium Gallum, vxorem dimiſiſſe; quod eam aperto, non velato capite fores verſatam deprehendiſſet. Cum lege eis tantum liceret aperto capite, & citra velamen maritos conſpicere, vt formam approbantibus eis ſolis placere deſiderarent. Val. Max. lib 6. cap. 3.

Dixit Imperator in definitione, matrimonium eſſe maris, & fœminæ conjunctionem in ſingulari numero, quia non licet maſculo plures habere

fœminas, nec fœminæ plures habere viros, vt vir vnius ſit vxoris, & vxor ſit vnius viri, ad vitandum ſtuprum, adulterium, & incertitudinem prolis, & vt concubitus vagi, & promiſcui excludantur. Ait enim Dominus ad Moſem relinquet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Geneſ. 2.

Et qui duas habent vxores infames ſunt infamia facti, & iuris. l. 1. §. fin. ff. de his qui not. inf. tenentur etiam adulterij pœna. Quanquam ille Terentianus Chremes duas impunè haberet vxores, vnam Athenis, Lemni alteram.

Qui autem nullas habēt vxores, ſed brutorum more coëunt, non merentur in hominum numerum collocari, nec videtur hic commemorandum de varijs in vna quaque regione moribus, & legibus circa vim matrimoniorum, & nuptiarum. Sed obiter illud dixerim Platoni placuiſſe in Timæo nuptias, & vxores communes eſſe debere pluribúſque vti & promiſcuis licuit, ætropibus, britannis, & barbaris, ſed lege diuina reducti ad ſingularitatem, & vnitatem, vt duo vnum eſſet corpus.

Ideo autem dixit in diffinitione maris, & fœminæ, vt crimen ſodomiæ tollatur, quod omni iure damnatur, cum ſit contra naturam, vt maſcu-

lus maſculo, & mulier præter naturalem vſum iungatur, & propter hoc vitium perierunt iuſto Dei iudicio ciuitates de Sodome & Gomorre.

Redeamus ad titulum noſtrum, & videamus quæ iuſtæ nuptiæ ſint, cum hi tantum liberi ſint in noſtra poteſtate, quos ex iuſtis nuptijs ſuſcepimus.

Imperator igitur iuſtas nuptias eſſe dixit, eas quas ciues Romani inter ſe ſecundum præcepta legum coëunt, maſculi quidem puberes, fœminæ autem viri potentes.

Puberes appellat maſculos qui maiores ſunt quatuordecim annis, viri potentes majores duodecim.

Quod autem ait ciues Romanos, dicit ad differentiam ſeruorum inter quos non matrimonium, ſed contubernium eſt, neque vxor dici poteſt ea quæ ſeruo nupta, quia iura ciuilia eas nuptias non probant, & ſerui in iure pro nullis habentur. Eſtque contubernium generale nomen ſocietatis, vnde contubernales, veluti ſocij & domeſtici, & vti dicitur matrimonium in liberis, dicitur contubernium in ſeruis.

Ait Imperator ſiue patres familiarum ſint, ſiue filij familiarum.

Pater familias dicitur qui ſui iuris, & poteſta-

tis eſt,ſiue is pubes,ſiue impubes ſit,Primúſque & in familiam imperium habere dicitur.

Filios familiarum appellat eos qui in patrum ſunt poteſtate; nam ſimulatq; ſunt liberati patria poteſtate,ſunt patres familias.Quibus autem modis ius ſiue patria poteſtas tollatur infrà dicemus.

Sed cum filius familias matrimonium contrahit,patris conſenſus deſideratur, imò verò præcedere debet, alioqui iure Romanorum liberi ſunt illegitimi. l. Paulus. ff. de ſtat. hom. & l. generali mandato , & l. ſeq. ff. de rit. nup. Id quoque edicto noſtro Regio cautum, vt is qui eiuſmodi matrimonia contraxerint,qui ve opem , & conſilium dederint in crimen raptus quod capitale eſt inciderint.

Lex enim meritò animaduertit, cum infirmum ſit filiorum filiarumque iudicium, multis captionibus obnoxium,neceſſarium eſſe conſenſum patris cuius officium eſt maximè filias dotare , & matrimonio collocare,ne lubrico ætatis , aut imbecillate , & maritorum titillatione capiantur, conſentiantque contra propria commoda.

Ergo matrimonium patris conſenſum deſiderat,& defectu eius matris , quod ſi mater non extet,curatoris, alióqui qui contra fecerint , edicto Regio incidunt vti dixi in crimine captus ; *Ainſi*

fut condamné à auoir la teste tranchée par le Conseil Priué du Roy, maistre Ralliet de Valence, pour auoir faict vn mariage contre la volonté, & sans le consentement des parens de ceux qui se marioient.

Sed quærebat Imperator, cum consensus patris desiderabatur, is autem propter furorem, aut eo quod mente captus sit, consensum præstare nequeat, an propterea filius, filiáve, nuptias perpetuò contrahere, & furore parentis durante prohibentur, & responsum est non prohiberi, sed formam esse præscriptam, quæ eo casu adueniente obseruari debet quæ continetur in l. si furiosi C. de nupt. Curator datur parenti furioso, cuius consilio, & propinquorum à iudice authoritatem præstante nuptiarum conclusio fit, dos constituitur, & pacta omnia matrimonialia conficiuntur, habita ratione patrimoniorum, & pro meritis & dignitate personarum.

Ergo iustas nuptias diximus esse, secundum præcepta legum contractas inter puberes, & viri potentes, & ciues Romanos.

Omnes igitur nuptiæ quæ legibus prohibentur, iniustæ sunt, neque ex his suscepti liberi sunt in potestate parentum.

Si autem constiterit, inter quas personas nuptiæ contrahi lege prohibente nont possunt, con-

ſtabit inter eos quibus non prohibentur poſſe.

In his enim inter quos lex prohibet, in alijs permittere videtur.

§. ERGO.

Hic docet Imperator inter quas perſonas nuptiæ prohibentur,& à quibus abſtinendum eſt, quod ſi quis contra fecerit, nec vxor, nec nuptiæ, nec matrimonium,nec dos intelligitur, nec liberi qui ex huiuſmodi coïtu naſcuntur, in poteſtate patris ſunt,tanquam in certo patre, & vulgò concepti,qui & ſpurij,& ſine patre vocantur: & qui huiuſmodi nuptias contrahunt, incidunt in pœnas legum. l. qui contra, & l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nup. & auth. de inceſt. nup. §. ſancimus, confiſcatio bonorum ſequitur,& in exilium damnantur. §. ſi aduerſus cum gloſſ. in verbo alias infrà hoc tit.

Et primò interdicitur matrimonium inter aſcendentes,& deſcendentes in infinitum.

Aſcendentes ſunt,pater,mater, auus, auia,abauus, abauia, atauus, atauia, tritauus, tritauia, & ſuprà.

Deſcendentes ſunt ex his filius filia, nepos neptis ex filio filiaue,pronepos, proneptis,& deinde qui ex his deſcendunt.

Quod

Quod ſi huiuſmodi aſcendentes & deſcendentes inter ſe nuptias cōtrahunt,nefarias,& inceſtas contrahunt,idq́ue locum habet inter patres & filios,filiáſue adoptiuos, etiam ſi emancipati ſint. De adoptiuis dicemus infrà ſuo loco.

Et hæc de linea aſcendentium, & deſcendentium, ſiue naturaliter, ſiue per adoptionem, quæ vti dicemus naturam imitatur, conjuncti ſunt.

§. *INTER EAS.*

TRANSVERSALES dicuntur qui extra lineam aſcendentem, & deſcendentem poſiti ſunt, quales ſunt frater, ſoror, & alij omnes qui patrum, aut filiorum nomine non continentur. Patris appellatione omnes aſcendentes continentur, filij omnes deſcendentes per lineam directam.

Fratres autem inter ſe tranſuerſales dicuntur, quia neque linea aſcendentium, neque deſcendentium continentur, ſed alio conſanguinitatis gradu conjunguntur,qui tranſuerſalis dicitur.

Inter fratres, & ſorores,ſiue vtroque parente conjuncti ſunt,ſiue altero tantum nuptiæ legitimæ contrahi non poſſunt.

Sed ſi fratres adoptiui ſint ſublata per emancipationem filiatione nuptias contrahere poſſunt, ſed filiam eius quam pater adoptauit ducere po-

tes, quia nullo cognationis vinculo tibi conjungitur. §. eius eod. tit.

Et vti frater ſororem vxorem ducere non poteſt: ita nec fratris, aut ſororis filium, aut filiam, aut neptem ducere poteſt, quod pertinet ad §. fratris vero, vel ſororis d. tit.

Itaque frater ſororem, aut ſororis filiam, aut neptem ducere poteſt, nec contra ſoror fratrem, aut filium ne potémve fratris, quia parentis loco habentur. l. ſororis pro neptem. ff. de rit. nup.

§. *DVORVM AVTEM.*

VRE ciuili duorum fratrum filij matrimonium contrahere poſſunt quamuis Theophilus contra cenſeat. libr. 1. inſt. tit. de nup. §. duorum fratrum, & Caius lib. 1. inſtit. tit. 4. ſed hic Iuſtinianus, & Imperatores. in l. celebrandis. C. de nupt. contra ſtatuerunt, nempe vt matrimonium eſſe poſſit.

Mais par le droict Canon que nous ſuiuons en matiere matrimoniale, tels mariages ſont interdits iuſques au quatriéme degré. cap. non debet extr. de conſan. & affin. *Il eſt vray que le Pape peut diſpenſer, & permettre le mariage à ceux qui ſont au troiſiéme degré, auec des bonnes conſiderations: mais il ne diſpenſe iamais du premier, & du ſecond, ſinon en faueur*

des Rois, & Princes, & pour vn bien public. Idque inter collaterales, nam inter aſcendentes nunquam diſpenſat.

§. *ITEM AMITAM.*

AMITA patris ſoror dicitur. Amita magna aui ſoror. Matertera matris ſoror. Matertera magna auiæ ſoror. Cum his ſiue etiam nobis per adoptionem iunctæ ſint matrimonium contrahi non poteſt, quia parentum loco habentur.

§. *AFFINITATIS.*

DIXIT Imperator de matrimonio inter conſanguineos prohibito, ſiue hi aſcendentes, ſiue deſcendentes, ſiue collaterales, qui ideo conſanguinei, quia eiuſdem ſanguinis ſunt, & ex eodem ſtipite orti. Nunc de prohibitione inter coniunctos ſola affinitate.

Affines ſunt viri & vxoris cognati, dicti ab eo quod duæ cognationes quæ diuerſæ inter ſe ſunt per nuptias copulantur, & altera ad alterius finem accedit cognationis.

Porro affinium nomina ſunt hæc; ſocer, ſocrus, gener, nurus, nouerca, vitricus, priuignus, priuigna.

Socer, dicitur vxoris meæ pater. Socrus di-

ditur vxoris meæ mater. Gener, filiæ meæ vir. Nurus filij mei vxor.

Nouerca eſt patris vxor, quam duxit matre ex qua nos ſuſcepit mortua. Vitricus matris meæ alter maritus, patre mortuo ductus.

Priuignus, priuigna, vxoris aut mariti filius, aut filia eſt, cuius prior conjunx deceſſit. Cum quibus quia filiorum quodammodo loco habentur matrimonium interdicitur: Vti inter ſocrum, & nouercam.

Mariti tamen filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito, matrimonium contrahere poſſunt: licet ex poſteriore matrimonio fratres habeant.

§. SI VXOR.

A quibuſdam nuptijs abſtinendum propter publicam honneſtatem, veluti ſi poſt diuortium vxor quæ à te diuertit, alium duxerit, ex quo filiam ſuſceperit, etſi hæc tibi priuigna non ſit, tamen ab huiuſmodi nuptijs propter publicam honeſtatem abſtinendum eſt.

Et eadem ratione non poſſunt contrahi nuptiæ cum ſponſa filij, aut cum ſponſa patris. Quamuis enim per ſponſalia cognatio non contrahetur, tamen rectius, & iure facturos, ſi ab huiuſmodi

nuptijs abſtineant.

Ex his colligimus, matrimonium pluribus de cauſis interdictum.

1. Ratione ſeruitutis.

2. Ratione ætatis.

3. Ratione ſanguinis.

Inter aſcendentes, & deſcendentes perpetuò & in infinitum. Inter collaterales vſque ad quartum gradum.

4. Ratione adoptionis, quæ in hoc naturam imitatur.

5. Ratione affinitatis.

6. Ratione matrimonij, quia nemo duas habere poteſt vxores, aut vxor duos viros.

7. Inter Tutorem Curatorem & eorum filios, cum ijs qui ſunt in eorum tutela aut cura, matrimonium eſſe non poteſt.

8. Inter illuſtres perſonas & viles.

9. Cum ea quam de ſacro fonte leuauit interdicitur. l. ſi quis alumnam C. de nup.

10. Cum clericis in ſacris conſtitutis, & cum monialibus interdicitur.

11. Cum ea quæ vi rapta eſt. Qui caſus enumerantur in gl. ad §. ſunt aliæ d. tit.

Qui igitur nati ſunt ex nuptiis legibus, vti dictũ eſt, non prohibitis, in poteſtate parẽtum ſunt.

§. ALIQVANDO.

QVOD diximus filios in poteſtate noſtra eſſe qui ex iuſtis nuptijs naſcuntur, id verum eſt. Dicuntur enim filij legitimi ex iuſtis nuptijs nati:ſed qui naturales ſunt, ſi ex poſt facto legitimi fiant, in poteſtate quoque patris rediguntur.

Sed horum quidem qui extra matrimonium naſcuntur,alij naturales dicuntur qui ex concubina domi retenta maritali affectu, & cum qua matrimonium iure eſſe potuit naſcuntur.

Alij ſpurij,qui in certo patre&vulgò quæſiti dicuntur: Alij nefarij,qui ex coïtu damnato,& inter quos matrimonium eſſe non potuit ſuſcepti ſunt.

Alij inceſtuoſi, qui ex coïtu prohibito propter conſanguinitatis proximitatem, aut propter vota Deo emiſſa, & promotionem aut profeſſionem ordinum,aut monachationis nati ſunt.

Alij adulterini, qui ex adulterio concipiuntur, & naſcuntur. Qui nefarij,& inceſtuoſi ſunt, legitimi fieri non poſſunt: quia ex nefario coïtu orti.

Qui autē naturales ſunt, legitimi fiunt aut per curiæ oblationem, aut reſcripto principis,aut per ſubſequens matrimonium.de quibus tit. C.de nat. lib.& quib.mod.natur.effic.leg. & ſui in authent.

Frequens ſatis, & vſitata eſt legitimatio, quæ fit ex deſtinatione patris à principe patre requi-

rente,adeo vt omnibus iuribus legitimorum gaudeat,& æque in poteſtate patris ſit, ac ſi in legitimo matrimonio natus eſſet.

Per ſubſequens matrimonium legitimatur naturalis,ſi pater eam ex qua ſuſceptus eſt poſtea in vxorem ducat, quia perinde legitimus eſt, ac ſi in ipſo matrimonio natus eſſet,& ſubmittitur patriæ poteſtati,& omnibus iuribus legitimorũ gaudet.

Spurijs, nefarijs , & inceſtuoſis , nihil relinqui poteſt , alimenta tamen iure canonico relinqui poſſunt.Sed de huiuſmodi ſucceſſionibus alio loco dicemus.

DE ADOPTIONIBVS.

DOCVIT Imperator qui liberi in poteſtate patris ſint , & primò eos eſſe qui ex iuſtis nuptijs nati ſunt. 2. Qui per oblationem Curiæ legitimi fiunt. 3. Per reſcriptum principis. 4. Per ſubſequens matrimonium , & hi dicuntur naturales, & legitimi.

Hoc titulo docet etiam filios fieri, & in poteſtatem redigi qui per adoptionem, aut arrogationem acquiruntur : de vtroque genere ſcribit Gellius. lib. 5. c. 19. noct. attic. & hi dicuntur filij legitimi, naturales non ſunt.

Adoptio naturam quidem imitatur, eóque introducta vt qui liberos non habent, sibi eligere, & ascribere possint.

Adoptio est eorum qui in potestate patrum sunt.

Arrogatio eorum qui sunt sui iuris.

Adoptio fit authoritate magistratus, & patre naturali consentiente, & patre adoptante requirente, & acceptante.

Arrogatio autem Imperatoris authoritate, & causa cognita.

Hic titulus habet plura capita, sed quia vix est in vsu, aut parum, non est diutius immorandum, si quando quæstio proponetur patet campus latissimus respondendi ex hoc tit. & ff. dict. eodem.

Itaque filij adoptiui & arrogati qui legitimi dicuntur, sunt in patris arrogantis, & adoptantis potestate, non tamen soluuntur iure nouissimo iura patris, cuius filius adoptatur, si quidem ab extraneo adoptatus sit.

QVIBVS MODIS IVS PATRIÆ potestatis soluitur.

POSTEAQVAM docuit Imperator de patria potestate, hoc titulo docet quo pacto, & quibus modis, ius patriæ potestatis tollitur, & filij

filij familias qui in ſacris patris ſunt,ſui iuris fiant.

Et primo liberantur filij patrum poteſtate, morte patris: mors enim omnia ſoluit iura, niſi forte auus viuat in cuius poteſtate ſunt, & eo mortuo ſi pater non extabit; ſui iuris fiunt; Cum enim pater, nepos, & cæteri deſcendentes ſint in aſcendentium poteſtate, auo mortuo nepos ſui iuris non fit, niſi pater quoque mortuus fuerit. Quod diximus de morte naturali, idem quoque de morte ciuili,nempe deportatione.

Deportatio autem ideo morti ſimilis videbatur,quia hi qui deportabantur in inſulam, in perpetuum iure ciuium priuabantur, nec pro ciuibus habebantur, & perinde habebantur atque ſi non eſſent. l. inter pœnas. ff. de intend. releg. & deport. ſucceſſit autem deportatio, in locum aquæ & ignis interdictionis quæ à principe tantum ſtatui poteſt,& deportatio pœna capitalis eſt,quia ciuitas amittitur. l. 2.ff. de pœn. quibus ſalua quidem ſunt ea quæ iuris gentium ſunt, ſed omnibus ijs quæ ſunt iuris ciuilis priuantur. l. ſunt quidam ff.de pœn.hæc pœna eſt ſimilis ei, quam Galli vocant,*Galeres perpetuelles*.

Relegatio autem cum ad tempus fiat, non planè adimit damnatis iura ſua, & propter ea ſalua ſunt iura patriæ poteſtatis, ſiue pater, ſiue filius

ipse relegatus fuerit.

Si autem qui deportati sunt,restituti sunt principis indulgentia,*que nous appellons rappeau de Galeres,ou rappeau de ban*, veluti post liminio pristinum statum recipiunt, & omnibus iuribus restituuntur.

Idem quoque dicendum si ab hostibus capti sint, pendent enim eo tempore iura patriæ potestatis,adeo vt si ab hostibus redeant, iure post liminij finguntur semper in ciuitate fuisse, & liberos semper in potestate habuisse:vti etiam si apud hostes moriantur, finguntur prima hora captiuitatis mortui,& liberi sui iuris facti.

Idem quoque dicendum si liberi capti fuerint.

Ideo autem captiuitate liberantur quia serui sunt facti pro mortuis habiti imo pro nullis habentur,hi quoque qui serui pœnæ sunt,veluti qui in metallum damnantur, aut bestiis subijciuntur, cum pro mortuis habeantur,priuantur iuribus patriæ potestatis. Sed hodie hæc pœnarum genera, non sunt in vsu.*L'on n'a plus que la mort, la Galere, le bannissement, encor ces deux derniers par les Edicts du Roy, ne sont perpetuels*, vnde vix ius patriæ potestatis soluitur.Quando perpetua pœna infligitur mors ciuilis est,ius tollitur.

Summa patriciatus dignitas filium quoque li-

berat à patria poteſtate, cum patricij qui à principe ſelecti in patres recepti ſunt aliena eo ipſo exempti ſunt poteſtate, & hi eligebantur à principe è numero Senatorum: *Et ſont ceux que nous appellons Pairs de France qui ſont douze.*

Dicuntur etiam patricij antiqui nobiles, & ciues Romani, & qui ex Senatoribus nati ſunt, ſed patriciatus dignitas de qua Imperator, eſt ea quæ de lata eſt ijs quos princeps elegit, & in patres aut pares ſtatuit.

Emancipatione quoque tollitur ius patriæ poteſtatis quæ fiebat coram magiſtratu, & hodie coram iudice. *Le pere tient ſon fils à genoux deuant luy, & en preſence du Iuge, luy ouurant les mains, il dit de ſa bouche, qu'il met ſon fils hors de ſa puiſſance, & luy baille pouuoir d'acquerir à ſoy tout ce qu'il pourra, dequoy en ſont faicts actes: & alors le pere donne quelque choſe à ſon fils,* in premium emancipationis, *qui n'eſt ſubject à l'obſeruation du Statut Delphinal, duquel ſera parlé au tiltre des Donnations.*

Sed emancipatio fieri non poteſt inuito patre, aut contradicente, huius conſenſus deſideratur, niſi certis caſibus; quibus velit nolit, emancipare tenetur.

Sublata autem erat formula imaginariæ venditionis, & ea quæ ſupra ſcripta eſt, ſemper firma fuit.

Quo pacto autem ſuccedant parentes emancipatis, docebimus titulo de ſucceſſionibus.

Tacita autem emancipatio præſumitur interueniſſe, ſi pater paſſus eſt filium ſeorſum habitare, ſibi negotiari, & acquirere, *comme il aduient quand ils ſont mariez, ou qu'ils font leurs affaires à part:* pro emancipatis habentur.

DE TVTELIS.

EORVM qui ſui iuris ſunt, hoc eſt liberi, quidam in tutela ſunt, quidam in curatela: alij neutro iure tenentur.

Si hi noti erunt qui in tutela & curatione eſſe debent, neceſſario & eos qui neutro genere tenentur nouerimus.

Sed quia omnis quæ de re aliqua ſuſcipitur diſputatio, à definitione debet proficiſci: primò videndum quid ſit tutela.

Tutela autem authore Seruio in.l.1.ff. de tutelis. Eſt vis ac poteſtas, & ius in capite libero, ad tuendum eum qui propter ætatem ſe ipſe deffendere nequit iure ciuili data ac permiſſa, & tutores qui eam vim, & poteſtatem habent, à tuendo dicti, quaſi tutores & deffenſores: vti æditui qui ædes tuentur.

Non mirum ſi tutela vis dicitur, quia & inuerſis literis ius quoque dici poteſt : Eſt enim iure introducta poteſtas, ſed & meritò vis dici poteſt, quia & tutor quandoque velit nolit tutelæ onus ſuſcipere cogitur, & pupillo etiam inuito tutor datur.

Iure ciuili permiſſa eſt, nempe lege 12. tabularum his verbis ? vti pater familias ſuper pecunia tuteláve ſua legaſſit, ita ius eſto. Idque ſumma æquitate conſtitutum: vt is qui perfectæ ætatis non ſit, alterius tutela regatur. §. impuberes infrà de Attil.tut.

Imperfectam autem ætatem appellat, pupillarem quia pupillus quicquid videt ignorat, nec velle, nec nolle habet. l.pupillus ff.de reg.iur. 189. adeo vt ſine tutore obligari nequeat. l.obligare ff. de obligat. nihil enim iudicio animi efficere pupillus poteſt. d. l. pupillus.

Dixit autem Seruius (in capite libero) quia ſeruo tutor non datur, eſt enim in domini poteſtate, ſed ſi dominus eum tutorem teſtamento dederit liberis ſuis, non ignarus ſuæ conditionis, & tutor & liber fit infrà qui teſtamento tutor.dar.poſſ.§.1. vti & ſupra diximus quando hæres eſt ſeruus inſtitutus, cum hæreditate libertatem conſequitur: Sed etſi ſeruo tutor dari non poteſt, ſeruus tamen

proprius liberis tutor dari, alienus non vtique, nisi cum conditione libertatis, vt tum demum tutor sit cum liber erit, vtrumque enim liberum esse necesse est, & tutorem, & eum cui tutor datur. Atque ideo dicitur in capite libero: non in caput liberum quicquid dicat Theophilus. hoc tit.

Dicit prætere a (ad tuendum eum qui propter ætatem se deffendere nequit) vt pendente tutela & administratione, nihil agi, & negotiari cum pupillo possit, antequam ad pubertatem peruenerit, hoc est decimo quarto suæ ætatis anno completo, alioqui quæ gesta erunt annulantur, & pro infectis habentur. Tutor autem præcipuè personis datur, & per consequens ei etiam incumbit rerum & patrimonij pupilli administratio, adeo vt cum personæ datur, rebus etiam dari videatur.

Cuius munus est antequam se administrationi immisceat, vt inuentarium rerum ad pupillum pertinentium conficiat, caueatque res pupilli saluas fore idoneis fideiussoribus.

C'est faire inuentaire de tous les biens, iusques à la moindre chose que ce soit, puis qu'il baille bonne & suffisante caution de son administration, & preste le serment de bien legalement & fidellement administrer deuant le Iuge, du Pupil, & de ses biens: & ce Tuteur ne peut rien faire (mesmes s'il faut aliener quelque cho-

ſe de ſon Pupil) ſans cognoiſſance de cauſe, & ſans qu'il ait apparu au Iuge que le Pupil eſt preſſé de debte, qui ne ſe peuuent payer ſans vendre des biens. Et alors le Iuge permettra de vendre des moins dommageables aux inquants: & aprés il fait ſa ſentence d'interpoſition de decret, & de ſon authorité. Mais nous en dirons ailleurs plus amplement, c'eſt aſſez pour ce ſuject: Et pour montrer comment eſt reiglée, & à quoy eſt reduite l'authorité d'vn Tuteur, lequel pour rendre ſon compte la tutelle finie, doit tenir vn liure de raiſon, & vn iournalier, contenant l'eſtat de ſa recepte & deſpence, iour par iour; autrement comme nous dirons cy apres, il eſt ſuſpect, & in eum datur iuramentum in litem, *duquel nous traicterons,* ſuo loco.

Tutela autem eſt Teſtamentaria, Legitima, aut Datiua. Teſtamentaria dicitur, quando teſtamento tutor datur & decernitur: quæ lege 12. Tabularum ſuſtinetur, cuius verba ſupra ſcripſimus, eſtq; permiſſum parentibus liberis quos in poteſtate habent, tutores dare, ſcribit cum Imperatore noſtro Caius in l. 1. ff. de teſt. tut.

Quod ſi filij in poteſtate non ſint: mortis tempore tutor dari non poteſt. Quo fit, vt ſi mater filio tutorem dederit teſtamento, quia eum in poteſtate non habet, aut pater emancipato qui in manu patris, & mancipio non eſt, non valeat tu-

toris datio : tamen ſolent qui iuriſdictioni & iuridicundo præſunt,tutorem eiuſmodi confirmare, & matris aut patris iudicium ſequi. l. mater C. de teſt.tut.idque ſine inquiſitione. §. ſed.& ſi emancipato hoc tit. & l. pater §. cum à patre ff. de teſt. tut. ſi modo in perſona, aut in facultatibus nihil ſit immutatum : nempe vt is qui nominatus tutor eſt, amicus ſit,nec pauperior factus.

Nec ſolum liberis iam natis teſtamento tutor dari poteſt,ſed etiam poſthumis qui adhuc in vtero ſunt,cum pro natis habeantur, maximè incommodis & compendijs eorum, ſi modo cum naſcuntur adhuc pater viueret, & in eius poteſtate eſſent,vti enim dictum eſt lege, ita permiſſum ſi modo in poteſtate ſint. Quod ſi in poteſtate non ſunt tenet tutela, ſed confirmatur.

Sed & is qui filiis ſuis aut filiabus, tutores teſtamento dedit, etiam poſthumæ aut poſthumo dediſſe videtur : qui appellatione filiorum aut filiarum continentur. §. ſi quis tit. ſeq. filiorum tamen appellatione, ne potes non continentur.

Liberorum autem appellatione, & nepotes & qui poſt conſequuntur : continentur, vt qui liberis tutores dederit, & nepotibus dediſſe videatur, ſi modo hi tempore mortis in teſtatoris, patris,aut aui poteſtate fuerint, cum teſtamentaria tutela

patriæ

patriæ poteſtatis ſit.l.quo tutela §. 1.ff. de reg. iur. & qui poſthumis tutores dederit omnibus his qui poſt teſtamentum naſcentur dediſſe videtur.

Poſthumus namq́ue dicitur qui poſt mortem & humationem patris, aut poſt teſtamentum factum natus eſt.

Certæ autẽ rei tutor dari non poteſt, quia magis perſonæ quam rebus datur, quamuis ad tẽpus aut ſub cõditione dari poſſit.§.ad certum tit. ſeq.

Quod autem diximus; matrem non poſſe liberis teſtamento tutores dare, id verum eſt, niſi eos hæredes inſtituat: tunc enim datio valet, ſine confirmatione. Quod ſi hæredes non ſint inſtituti, ex voluntate tamen ejus confirmabitur. l. mater teſtamento C. de teſt. tut. Curator autem teſtamento dari non poteſt, ſed à patre datus confirmatur. l. 1.§.fin.ff.de confir.tut. vel cur. In confirmatione autem, iudicis officium in eo verſatur, vt diligenter inquirat, & diſcutiat perſonam tutoris, aut curatoris, idoneus ſit nec ne, & facultatibus & moribus, vt præeſſe adminiſtrationi poſſit, atque ita caueat idoneis fideiuſſoribus. Alioqui magiſtratus ipſe conueniri poteſt inſubſidium, ſi tutor, aut curator, minus idonei fuerint. l. tutores & ſeq.ff.de confir.tut. & tit. generali de magiſt.conuen.

Si tamen pater eſt qui dederit tutorem, etſi inutiliter quia in poteſtate non erat cui dederat confirmatur, & ſine inquiſitione. l.1. ff. de confir. tut. §.& ſi quidem. Sequendo in hoc iudicium,& voluntatem patris vt ſuprà dictum eſt qui fidem tutoris exploratam habere præſumitur l.3.ff. eodem.

Pertinet etiam ad teſtamentariam tutelam titulus qui teſtamento tutores dari poſſunt, priore loco dictum qui dare teſtamento, nunc qui dari tutores poſſint.

Diximus de ſeruis proprijs,& alienis.

Ait Imperator patrem familias aut filium familias tutorem dare poſſe. De patre familias procul dubio eſt, de filio familias dubitari poterat, cum in poteſtate patris eſſet: ſed quia tutela iuris publici eſt,non ſpectatur ius patriæ poteſtatis.l.nam quod ad ius publicũ ff.ad Senat. cõſ.treb.textus eſt rotundus in l.filius familias ff.qui ſui vel alien.iur. ſunt.Filius familias in publicis cauſis loco patris familias habetur, veluti ſi magiſtratum gerat vel tutor datur. Pater tamen pro adminiſtratione filij tenetur, ſi aut agnouerit, & ratam habuerit adminiſtrationem, aut eius iuſſu ſuſceperit, idque inſolidum. Si autem neq; agnouerit, neq; iuſſerit, de peculio tantum tenetur, hoc eſt quatenus vires

peculij filij pati poterunt.

Peculium autem à pecunia dictum quasi pusillum patrimonium, aliud dicitur aduentitium, aliud profectitium, aliud castrense, aliud quasi castrense.

Profectitium dicitur, quod à patris substantia est profectum.

Aduentitium, quod aliunde quàm à patre. Castrense quod in castris, quæsiuit filius. Quasi castrense: quod in militia togata, quæ quasi militia dicitur. Videbimus suo loco, de quibus filius familias disponere potest.

Furiosus aut minor 25. annis, tutor testamento esse non potest. §. furiosus hoc tit. hæc de testamentaria tutela, cætera videri poterunt aliquando in iure. C. & ff. de test. tut. quæ etiam legitima dici potest, tanquam lege 12. tab. permissa.

Nunc de legitima tutela, & eius speciebus.

Legitima tutela dicitur, quæ authoritate legis defertur. Vlp. lib. 11. tit. de tut. & l. legitima ff. de pactis. Agnatis, parentibus, patronis, & fratribus.

Agnatis proximioribus tutela defertur lege 12. tabularum, idque meritò: ad quos enim hæreditatis emolumentum pertinet, tutelæ onus deferri debuit, vt qui sentiunt commodum & onus sen-

tiant. Quamuis. n. lege 12. tabul. expresſè tutela ab inteſtato non deferatur: tamen per conſequentiam hæreditatis delata cenſetur. l. 3. in prin. ibi per conſequentiam hæreditatum ff. de leg. tuto. verba legis hæc ſunt, ſi ſuus non extabit hæres, agnatus proximus familiam habeto: hoc eſt hæreditatem.

Agnati autem dicuntur, qui ex parte patris cognatione iuncti ſunt, cognati qui ex parte matris: his lege 12. tab. hæreditas non deferebatur, neque etiam tutelæ onus.

Intelligitur autem ab inteſtato deferri: etiamſi teſtamentum condiderit, ſi in eo tutores non dederit, quod etiam accidere poteſt, cum is qui datus eſt tutor, viuo teſtatore deceſſit, quia quod ad tutelam pertinet, in teſtatus deceſſit, & hoc caſu proſpectum eſt, vt Agnati proximi, ad tutelam vocentur ſiue vnus, ſiue plures eiuſdem gradus fuerint. *Mais aujourd'huy on ne ſuit cela; car on faict aſſembler les parens & voiſins qui en eſliſent vn d'entre eux le plus capable, qui preſte le ſerment par deuant le Iuge, baille caution, & faict inuentaire. C'eſt pourquoy toutes les tutelles aujourd'huy, excepté les teſtamentaires ſont datiues:* & fiunt debita cum inquiſitione; *Nous en dirons cy apres au tiltre de* Attiliano tutore.

Sed Agnatis tamen, quantumuis proximis,

capite minutis,tutela non defertur, delata adimitur vti docebimus tit.quib.mod.tut.finit.

Cum enim agnatio iuris ciuilis ſit, eodem iure tolli poteſt, nempe capitis diminutione, quæ & iuris ciuilis eſt: cum nihil tam naturale ſit, quam vnum quodque tolli eo iure quo conſtitutum eſt, ſed cognatio cum ſit iuris naturalis, nullo iure ciuili adimitur, ſunt enim iura naturalia vti ſuprà diximus immutabilia.

Patronorum quoque tutela eadem lege 12. tabularum legitima eſt, quia cùm patronis hæreditas libertorum aut ex eis liberorum deferatur, meritò per interpretationem eis quoque tutelæ onus defertur, quia vti diximus quem ſequuntur commoda, eundem & ſequi eadem de cauſa & incommoda debent.

Parentum quoque in emancipatos filios, cum ius ſucceſſionis ſit: exemplo patronorum eiſdem etiam tutela defertur liberorum emancipatorum, & hæc quoque legitima dicitur.

Fratrum quoque tutela legitima, eſt fiduciaria dicitur: nam patre defuncto cui lex exemplo patroni tutelam emancipatorum defert, ſi ex eo liberi ſint perfectæ ætatis, aliorum fratrum impuberum tutores fiduciarij fiunt: à fiducia dicti, quaſi fidei, & integritati eorum commiſſi l.tutela §. fin.

& l. quo defuncto ff. de legit. tuto.

Sed in omni genere tutelæ, id necessario desideratur, vt tutor siue legitimus, siue testamentarius, siue datiuus aut fiduciarius, sit legitimæ ætatis, quod etiam in curatoribus obtinet. §. vlt. de fiduc. tut.

Deficientibus autem testamentarijs, & legitimis tutoribus, solebant à iudicibus secundum suam iurisdictionem, siue Romæ siue in Prouincia tutores dari pupillis, quibus propter ætatem imperfectam naturali æquitate prospectum est, vt cum se tueri nequirent, alterius tutela deffenderentur, vti suprà diximus, & ea de causa Attilianus tutor dictus, quia Attilio rogante, lex lata Romæ fuit. In prouincijs autem lex Iulia & Titia, & hi tutores datiui dicebantur, quia debita cum inquisitione creabantur, cum antea neque cauerent, neque ex inquisitione constituebantur.

Et comme nous auons dit cy-dessus, excepté les testementaires, toutes nos tutelles sont datiues, & se font par eslection, & se confirment par les Juges des lieux; qui veuë l'eslection des parens, decernent la tutelle à celuy qui est esleu, luy font prester le serment de bien administrer, faire inuentaire, tenir iournalier pour rendre compte, & prester le reliquâ; & du tout le chargent de bonne & suffisante caution: Le compte se rend

aprés la fin de la tutelle ; lequel compte contient le receu & le fourny.

Il se rend par deuant le Juge & Auditeurs, qui sont esleuz par ledit Iuge : & si par la closture le receu se monte plus que le diliuré & fourny ; le Tuteur est rendu debiteur, & reliquateur de ce plus receu, & faut qu'il paye au mineur : Si aussi le fourny se monte plus, on le rend crediteur en cela, & faut que le mineur le paye.

Il est vray que les auditeurs du compte doiuent examiner diligemment la gestion du Tuteur, & voir s'il a laissé d'exiger ce qu'il a peu receuoir, & si par sa faute quelque chose s'est perduë ; comme aussi s'il a payé & desliuré quelque chose sans authorité du Iuge, vendu sans son decret, & si quid temere & sine consilio gestum est, *l'en rendre debiteur & l'en charger : il doit rapporter bons acquits de ce qu'il aura deuëment fourny, autrement la partie sera rayée.*

Les decrets des Auditeurs des Comptes sont tels, Quant à la recepte, on met en marge, veu l'Article. L'Obligation, le Loüage ou l'Arrentement se charge bien. S'il est manqué en l'article de recepte, les Auditeurs mettront ainsi, Se chargera en outre de la recepte de telle, ou de telle somme.

Quant à la despence, le decret doit estre ainsi ; Veu l'Ordonnance du Iuge, l'obligation & quittance alloüé.

Et s'il y a quelque chose qui soit en controuerse, les Auditeurs r'enuoyeront le iugement au Juge, lequel en fera ordonnance.

Que s'il n'y a pour preuue de l'article, quitance, ny contract, ny autre chose sera mis, Verifiera: Et cependant l'article est mis en souffrance.

Et pource que le compte doit estre rendu, la tutelle finie, §. fin. de attit. tut. videndum quibus modis tutela finiatur.

Sed præcedit ordine titulus de authoritate tutorum, & sanè cum tutor est constitutus, & post iuramentum præstitum, & fideiussoribus datis: administrationem suscipere potest, anteà non potest. Huius authoritas maximè desideratur, ne pupillus deteriorem suam conditionem faciat; meliorem namque siue tutoris consilio, & authoritate facere potest, obligare sibi alios pupillus potest, se autem obligare inconsultò, & non authorante tutore non potest.

Quo fit vt etiam hæreditatem adire, aut bonorum possessionem petere, neque fideicommissum suscipere, ne quidem si lucrosa hæreditas sit, sine tutoris authoritate non possit, ne illi damno sit. Sunt namque huiusmodi successiones vt plurimum æri alieno obnoxiæ, & cum hæres obligatus sit ad omnia ad quæ defunctus tenebatur, non potest

potest suscipere onus obligationum sine tutore, atque ideo adire, vti dictum est; non potest sine tutore hæreditatem.

Authoritas autem vt ritè & rectè præstetur, præcedere debet non adhiberi post actum, nisi statim interueniat: quia quæ incontinenti, hoc est modico post interuallo fiunt, actui ipso inesse videntur.

Quoties autem inter pupillum, & tutorem aliquid in iudicio agendum aut negotiandum, Tutor author pupillo esse non potest, quia in rem suam authoritatem præstaret, sed eo casu datur curator liti, aut negotio illi, qui olim prætorius tutor dicebatur, hodie curator ad eam litem: qua finita, cessat & officium & curatoris munus.

QVIBVS MODIS tutela finitur.

PLVRIBVS modis tutela finitur, & primo pubertate: post nempe annum decimum quartum completum in masculis, & duodecimum in fœminis.

Dicebatur autem pubertas à pube. Pubes enim lanugo dicitur quæ maribus anno decimo quarto, & fœminis duodecimo circa pudenda oriri

Incipit:quod masculis ad generandum maturitatis signum est, fœminis ad concipiendum : vnde masculi puberes fœminæ verò viri potentes dicuntur. Sed antiquitus ex inspectione pudendorum cognoscebatur,postea quia indignum castistate & impudicum videbatur : primùm in fœminis,deinde in masculis in desuetudinem abijt ; & constitutione Imperatoris , annis distincta est pubertas,& viri potentia sine alia inspectione annorum,sola retenta supputatione.

Finitur tutela arrogatione impuberis qui in tutela erat : quia transit in potestatem arrogantis patris.

Finitur seruitute & captiuitate pupilli , quia transit in dominicam potestatem , & tutela est in capite libero.

Finitur conditionalis tutela , conditione existente , veluti si datus est tutor donec nauis ex Asia venerit , quia naui adueniente tutela cessat. Morte finitur siue tutorum,siue pupillorum.

Capitis etiam diminutione tutoris maxima, per quam & libertas , & ciuitas amittitur, tutela finitur.

Quid autem sit capitis minutio , suprà titulo de capitis diminutione dixit Imperator esse prioris status mutationem , cuius tres sunt species,

prior dicitur maior,ſecunda minor,tertia minima.

Maxima ea eſt,vti dixi,qua quis & libertate, & ciuitate priuatur, hac tutela finitur. Huiuſmodi ſunt hi qui in metallum damnantur, aut beſtijs ſubijciuntur, de quo ſuprà. tit. quib. mod. ius pa. pot.ſolu.§.pene.

Media capitis diminutio, ſiue minor eſt, cum quis in inſulam deportatur, aut aqua & igni interdicitur,qua ciuitas amittitur,libertas retinetur, ſed vti diximus ad eum tit. deportatio, in locum aquæ & ignis interdictione ſucceſſit.

Minima autem dicitur, cum is qui alieno iuri ſubjectus eſt ſui iuris fit, veluti filius per emancipationem, aut ſi qui ſui iuris eſt, alieno ſubijciatur, ſeruus tamen manumiſſus capite non minuitur, quia caput non habebat.

Qui à dignitate aut Senatu mouentur,ſtatum n. n caput mutarunt, atque ideo capite non minui conſtat.

Diximus ſuprà. tit. de leg. agn.tut. omni capitis diminutione tolli iura agnationis, tamen gloſſ. excipit de minima capitis diminutione, patrem & filium & fratres. Cognationem dicebat cum naturalis iuris eſſet non mutari: ſed hic ait Imperator verum eſſe, ſi minima interueniat capitis diminutio, quod ſi major fuerit,veluti ſi in ſeruitu-

tem redactus ſit, iura cognationis pereunt, nec manumiſſione recuperantur. Soluitur etiam cognatio deportatione.

Redeamus ad tutelas. Maxima igitur capitis minutione finitur, quia libertas, & ciuitas amittitur.

Minima tutoris capitis diminutione, veluti ſi ſe in adoptionem dederit ſi quidem tutor legitimus eſt, tutela finitur: ſi teſtamentarius, aut datiuus, manet nihilominus tutor.

Pupillorum autem etiam minima capitis munitione, tutela finitur, §. minima.

Qui ad tempus dati ſunt tutores teſtamento, finito tempore tutores eſſe deſinunt.

Sunt & alij modi de quibus dicemus infr. tit. de ſuſpect. tut. & de excuſ. tut.

DE CVRATORIBVS.

PVBERES maſculi, & fœminæ viri potentes vſque ad vigeſimum annum cōpletum curatores accipiunt, ſunt enim eius ætatis vt ſua negotia tueri nequeant.

Dantur autem curatores ab ijſdem magiſtratibus, à quibus & tutores.

Teſtamento non datur curator, datus tamen

ab eodem magiſtratu confirmatur, à quo dari poteſt.

In hoc curator à tutore differt, quod hic, inuito pupillo detur, curator autem adoleſcenti non datur, niſi volenti, petenti, & deſideranti, hic Imp. §. Item, & l. ſi impuberi in fin. ibi deſiderantibus ff. de tut. & cur. dat. ab his. quod intelligendum de generali Curatore, qui ad negotia omnia adulti dari ſolet.

Quandoque enim datur Curator inuito, nempe ad litem; *car ſi quelqu'vn plaide au mineur, à fin que les procedures ſoient valables, & qu'il ne puiſſe dire n'auoir eſté deffendu, On luy donne vn Curateur à la requeſte meſme de ſa partie, vray eſt que le mineur le nomme, & s'il ne le veut nommer, le Juge luy en pouruoit d'vn des Procureurs de ſon Siege: lequel preſte le ſerment de bien deffendre le mineur en ceſte cauſe, vſer de conſeil, ſouſtenir ſon droict, & euiter ſon dommage, & generalement de faire ce qu'appartient à vn bon Curateur. Et le Iuge ordonne ainſi, Nous auons proueu de Curateur à ce mineur en ceſte cauſe, de la perſonne d'vn tel, en preſtant le ſerment en tel cas requis & accouſtumé: Et puis il leue la main, & le Iuge luy dit: Vous promettez & iurez de bien & fidellement deffendre ce mineur, & autrement comme deſſus: dequoy il ordonne eſtre faicts actes.*

Ce Curateur ad litem,*ou* ad lites, *ne baille aucune caution,& ne faict inuentaire, on ne tire de luy que ledit serment.*

Mais quant au Curateur ad negotia, qui rebus omnibus gerendis minoris adolescentis datur, cauet idoneis fideiussoribus, iurat vt suprà, inuentarium conficit, *& tient vn liure de raison nommé le journalier, & aprés la curatelle, il compte comme le Tuteur. Cecy est pour la practique.*

Dantur etiam Curatores furiosis & prodigis, deficientibus tamen agnatis, quibus lex duodecim tabularum curatelam defert, quod fit, etiam si prodigi aut furiosi sint maiores 25. annis, *Quand ce mal arriue à personnages de maison de marque, on appelle cela auoir la garde noble d'vn tel furieux, ou prodigue; mais specialement du furieux: Ainsi Monsieur de Sassenage eut la garde Noble de Monsieur de Sainct Quentin, comme plus proche d'iceluy: lequel sieur de Sainct Quentin estoit furieux.*

Idem de mente captis, surdis, mutis, & ijs qui perpetuo morbo laborant, quia rebus suis superesse nequeunt: Curator his quoque dari potest: & debet, quia reipublicæ interest, ne quis re sua male vtatur: *Et cela se faict à la requeste du Procureur du Roy, ou du Procureur d'Office du Seigneur iurisdictionnel de l'affligé de telles maladies.*

Pupillo datur tutor, ſed quia tutorem habenti, tutor non datur: plerumque accidit, vt curator ei detur maximè ſi legitimus tutor aut teſtamentarius idoneus non ſit, & loco eorum qui à tutela excuſantur, dantur quoque Curatores. *Mais aujourd'huy on procede à nouuelle election de Tuteur, & on ne vient aux curatelles*, niſi poſt tempus pubertatis completum.

Si toutesfois l'excuſe du Tuteur n'eſtoit qu'à certain temps, pendant ce temps on a accouſtumé de pouruoir de Curateur; lequel temps paſſé, la curatelle finit: & le Tuteur entre en charge.

Propter infirmitatem Tutoris, ſolet etiam actor pupillo dari, & conſtitui. §. fin. hoc tit. quia propter infirmitatem non finitur tutela.

Quod autem minor agit ſine curatore, nullius eſt momenti.

Si curatorem non habet, & læſus ſit, reſtituitur in integrum aduerſus ea quæ ſine curatore gerit.

Si curatorem habet, & ſine eo gerat, non eſt ei neceſſaria reſtitutio in integrum, cum actus nullus ſit, & quod nullum eſt non reſcinditur, reſtitutio enim eſt remedium extraordinarium, ad quod non confugimus cum remedio nullitatis quod ordinarium eſt, nobis conſultum & proſpectum eſt.

Oportet autem Curatores vti in tutoribus ſupra diximus, eſſe legitimæ ætatis hoc eſt majores 25. annis. l. fin. C. de legit. tut. & infrà de excuſ. tut. §. item maior verſ. qua conſtitutione. Eſt enim inciuile eos, qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur, & ab alijs reguntur aut regi debeant, aliorum tutelam aut curam ſubire.

DE SATISDATIONIBVS Tutorum vel Curatorum.

DIXIMVS quemadmodum tutores, & curatores ſatiſdare debeant, id ipſum hoc titulo præcipit Imperator.

Satiſdatio, eſt promiſſio maioris ſecuritatis, quæ fit ei cum quo contrahimus adhibitis fideiuſſoribus.

Fideiuſſores autem ſpondent & promittunt eius nomine qui obligatur ſe creditori ſoluturos cum debita renunciatione *de premier conuenir le principal que le fideiuſſeur ou caution : & le principal oblige & promet de garentir ſa caution.*

Ainſi le Tuteur & Curateur promettent de bailler cautions & fideiuſſeurs, qui promettent de faire tout ce à quoy le Tuteur ſera tenu par ſa geſtion, & negotia-

tion

tion tutelaire ou curatulaire au pupil ou mineur. Et ces fideiusseurs sont collaudez par autres, qui assertores dicuntur; *lesquels maintiennent lesdites cautions & fideiusseurs, estre soluables & suffisans pour l'indemnité desdits pupils & mineurs.* De quibus in l. ostendimus in fin. ff. de fideiussor. & nomin. & hæred. Tut. & Curat. *Ces formes de cautions & collaudations seruent à tous les actes, esquels elles sont requises & necessaires.*

Tutores autem testamento dati, satisdare non coguntur, quia eorum fides & diligentia ab ipso testatore est approbata.

Idem quoque de curatore dicendum testamento dato, & à iudice confirmato, cum testamento vti diximus: dari curator non possit.

Quod autem cautio, neque à tutore aut curatore testamentario confirmato exigitur, textus est apertus. in l. si filio ff. de confirm. tut. vel curat. his verbis: si filio impuberi, pater tutorem aut puberi curatorem dederit, citra inquisitionem prætor eos confirmare debebit. l. fin. eod. & l. 2. C. eod. ibi sed voluntas patris seruari debet.

Nisi post testamentum factum quædam superuenirent, quibus constare iudici possit aliquid esse immutatum in tutore, aut curatore quominus idoneus reperiatur: quo casu non tenetur iu-

dex sequi voluntatem testatoris. l. in confirmando d. tit. ff. de confir. tut.

Non solebant etiam onerari satisdatione tutores, aut curatores ex inquisitione dati. §. Item ex inquisitione. Sed hodie etsi electionibus fiant, & ex inquisitione ferè omnes: tamen onerantur cautione, & fideiussione, ne si fortè minus idonei essēt, aut electores, & assertores, & nominatores, aut ipse magistratus conuenirentur, vti iam supra diximus.

Quod secus est in tutore, aut curatore à matre dato, quia hi etsi confirmentur, id tamen fit ex inquisitione præcedente, & præhabita. l. 2. ff. de conf. tut. vel cur. & l. 10. C. eod. *Mais auiourd'huy en confirmant, le Iuge les charge de caution; mesmes ceux qui sont nommez par la mere.*

Quod si plures sūt tutores, aut curatores, is prefertur qui satisdare paratus est, vel is quem major pars elegerit: quod si in electione dissentiant iudex magis idoneo adiudicabit: idem in ijs qui in inquisitione dantur, si plures nominantur, is manet quem major pars elegerit aut quem iudex decreuerit, sed tunc etiam onerantur satisdatione.

Tenentur autem ex administratione, actione tutelæ, aut curæ, non modo tutores, aut curatores,

ſed etiam fideiuſſores, & eorum hæredes.

Quod autem ait Imperator eos actione ſubſidiaria teneri: id verum eſt, ſi inſolidum fideiuſſor obligatus non eſt, & ſi non renuntiauerit exceptioni *de premier conuenir le principal que la caution: mais quand il y a renontiation, c'eſt au choix du mineur de conuenir ou ſon tuteur, ou l'heritier d'iceluy, ou la caution, ou l'heritier d'icelle, ſans autre diſcution.*

Quod ſi iudex qui cautionem exigere debet non fecerit, conuenitur in ſubſidium: hoc eſt ſi tutor aut curator ſoluendo non ſint, nec ſufficiant eorum facultates in ſolutionem eorum quæ debebuntur pupillis, aut adultis, ff. fin. Cod. ff. fin. eod. *& ce par le tiltre* de magiſtr. conuen. de quo etiam ſuprà diximus.

DE EXCVSATIONIBVS Tutorum vel Curatorum.

NON ſtatim tutores ſimul atque ſunt aut teſtamento, aut ex inquiſitione dati, aut alias ad tutelam & curam vocati coguntur onus ſuſcipere: ſunt enim certi caſus, quibus ſi intra debitum tempus proponuntur, ab huiuſmodi numeribus excuſantur.

Et primò qui in prouincia quinque liberos ha-

buerit : ſiue in poteſtate, ſiue emancipatos naturales & legitimos, ſiue ex filio nepotes qui locum præ defuncti patris obtinent : numero liberorum excuſantur, non idem de nepotibus, ex filia, neque de adoptiuis. Romæ tres, in Italia quatuor liberi excuſant. *Nous vſons des cinq en ce pays, de ſorte que celuy qui a cinq enfans doit eſtre excuſé de prendre la tutelle d'vn autre.*

Sed liberi iam mortui ſunt extra numerum: niſi in bello & acie mortui ſint, hi enim propter gloriam perpetuò viuere intelliguntur. §. filij.

Adminiſtrator rerum fiſcalium, meritò excuſatur, *& ſe peut entendre d'vn Procureur du Roy.* §. Item Diuus Marcus.

Qui Reipublicæ cauſa abeſt excuſatur, & quandiu abſunt, ſi iam tutelæ aut curæ onus ſuſceperint, Curator dari ſolet : quibus reuerſis, curatela finitur. §. Item qui.

Qui aliquà poteſtate funguntur excuſantur, ſi majores ſunt poteſtates, quales ſunt Senatoriæ: ſed ſuſceptas ante tutelas aut curas, non deſerunt. §. & qui poteſtatem. Si de omnibus aut majori parte bonorum ſit controuerſia, cum pupillo, aut minore, tutor aut curator excuſatur. Contra ſi de modico agatur, quia huic liti alius datur curator, vti iam ſuprà diximus. §. Item propter.

Qui tres tutelas diuerſorum patrimoniorum non affectatas habet, excuſari poteſt. §. Item tria. Si leues eſſent, aut affectatæ, aut deſideratæ non excuſarent.

Paupertas excuſat, ſi is qui datur ſe imparem oneri iniuncto doceat. §. ſed & propter. *Toutesfois aujourd'huy en baillant caution (ſi elle ſe peut trouuer) il n'y a aucune excuſe.*

Propter aduerſam valetudinem, ſi ſuis rebus intereſſe nequeat, alienarum curam ſuſcipere excuſatur. §. Item propter aduerſam.

Qui literas neſciunt excuſantur, quamuis & imperiti poſſint adminiſtrationi ſufficere. §. ſimiliter.

Propter inimicitias quoque excuſatio competit, ſi capitales fuerint, nec reconciliatio interuenerit. §. inimicitiæ.

Sed qui promiſit patri tutelam aut curam ſuſcipere, excuſari non poteſt. §. Item ſi propter.

Quod incognitus ſit patri pupillorum, legitimam excuſationem non præſtat. §. non eſſe.

Qui paſſus eſt controuerſiam ſtatus à patre pupillorum, excuſatur: veluti ſi eum voluerit in ſeruitutem aſſerere, cum liber eſſet. §. Item is.

Maior ſeptuaginta annis excuſatur ætate, mi-

nor vigintiquinque nonexcuſatur, quia tutor, nec curator eſſe poteſt, vti iam diximus. §. Item major.

Miles quoque tutor eſſe non poteſt, quia abeſt Reipublicæ cauſa, & militat, & quandiu in militia, & expeditione eſt, tutor eſſe nequit. §. Item & in milite.

Grammatici, rhetores, & medici docentes, qui intra numerum ſunt eorum qui docendi cauſa electi & præfecti ſunt, excuſantur. §. item Romæ. Sed ſpeciale illud pro vrbe Romana, quod tamen trahi debet ad exemplum, in cæteris ciuitatibus noſtris.

Poteſt autem is, qui pluribus excuſationibus nititur vna non probata, alijs vti: modo intra tempora fiat. §. qui autem.

Legitimum autem tempus eſt, quinquaginta dierum, qui computantur ab eo die, ex quo cognouerunt ſe eſſe tutores vel curatores datos. §. qui autem excuſare ſe volunt.

Diximus tutorem, magis perſonæ quam rebus dari: tamen cum conſtituitur ad vniuerſum patrimonium quoque datus creditur. §. datus. Quanquam aliquando tutela per regiones diuidatur, vt alter gerat ea quæ in Delphinatu, alter ea quæ in prouincia exiſtunt, & ſic de cæteris.

Sed qui tutor fuit, eiuſdem curator vt ſit, inuitus cogi non poteſt. §. qui tutelam.

Maritus etiã excuſari debet à cura vxoris, etiam ſi pro curatore ſe geſſiſſet. §. item reſcripſerunt.

Quod ſi quis falſis allegationibus excuſatus ſit, non tamen liberatus eſt onere tutelæ. §. fin. eod. ſed probato falſo, denuo cauſa agi debet. l. 1. & tot. tit. C. ſi ex falſ. inſtum. & teſtim. inder. ſit.

DE SVSPECTIS TVTORIBVS.

SVSPECTVS tutor eſt, qui non ex fide & qua decet integritate tutelam gerit, licet ſoluendo ſit: atque ideo ſiue antequam gerat negotium, ſiue poſteaquam gerere cœpit, ſi ſuſpectus appareat, eſt remouendus. §. ſuſpectus hoc tit.

Quod locum habet in teſtamẽtario, & alijs omnibus cuiuſuis generis tutoribus, & ex leg. 12. tabul. deſcendit hoc crimen, cuius diſcutio & cognitio pertinet ad iudicem ad quem pertinet ius dandi tutores, aut curatores. §. 1. & 2.

Datur autem actio ſuſpecti tutoris, tanquam popularis, omnibus qui pietate ducti, accuſationem ſuſpecti aduerſus tutorem inſtituunt, ſiue etiam mulier ſit, quæ agat quæ aut neceſſitudine

aut sola pietate moueatur.§.consequens.

Est enim publica & popularis ideo dicta, quod cuiuis de populo competat.

Impubes tamen non potest tutorem suum suspectum postulare: Pubes autem curatorem suum potest consilio à necessarijs præhabito. §. Impubes.

Mali mores faciunt tutorem aut curatorem suspectum, non eius paupertas.§.fin.

Is qui tanquam suspectus remouetur à tutela, si quidem ob dolum remotus est, infamis fit: aut si propter latam culpam quæ non longè à dolo abest: si autem propter leuem culpam remoueatur, non fit infamis. Patronus autem quomodocumque remoueatur non fit infamis, quia in hac accusatione semper parcitur honori eius, famæ, & existimationi. d. §. ostendimus in fin.

Pendente autem suspecti accusatione, & iudicio, administratio interdicitur, sed accusatio finitur si ea pendente Tutor vel Curator decesserit, cum enim morte tutela finiatur, perinde est atque si tutela motus esset. §. si quis autem suspectus.

Tutor qui latitat ne alimenta præstet pupillo, suspectus dicitur & remouetur. §. si quis tutor, quod si præsens quidem est sed propter inopiam

piam falsò dicat ſe non poſſe præſtare, remittitur ad iudicem puniendus, & mulctandus. §. ſequenti.

Is etiam punitur qui tutelam prætio dato ſuſcepit,& redemit.eod.

Libertus quoque punitur ſi fraudulenter gerat tutelam filiorum, vel nepotum patroni.eod.

Sed & qui fraudulenter gerit, etſi ſatiſdare paratus ſit, non eo minus eſt remouendus,quia ſatiſdatio tutoris eius maleuolum propoſitum non mutat, ſed ditius graſſandi in re pupilli facultatem præſtat.

Mater quoque,& auia vt ſuſpectæ à tutela, aut cura remouentur ſi ad ſecundas nuptias tranſeant:quia lex eas ſuſpectas habet in eiuſmodi adminiſtratione filiorum, tum quòd plerumque nouis maritis non modò res filiorum, ſed etiam vitam addicunt. l. lex quæ tutores §. lex enim C. de admin.tut. tum etiam quod propter ſecundas nuptias anima prioris mariti contriſtari videatur. §. quæ vero : de nup.in auth. atque ideo ſtatim contractis ſecundis nuptijs à tutela remouentur,auth. ſacramenta C.quando mulier tut.off.fun.po.

Conſtat igitur mulierem nempe matrem, & auiam iure ſpeciali Tutrices, & Curatrices eſſe poſſe, quamuis alioqui ſint munera quæ ad viros

pertineant, tamen indultum illis eſt vt Ceſſante teſtamentaria, tutelam, aut curam filiorum ſuſcipere poſſint, omnibuſque alijs præferantur; nec his denegari poteſt. auth. matri & auiæ C. eod. vbi ait gloſſ. idem eſſe in curatela, ſed ſecundis nuptijs contractis vti iam dictum eſt remouentur.

Et après le jugement des cauſes de ſoupçon, le Iuge faict faire autre nomination de Tuteur qu'il decerne par les formes ſus deſcriptes.

INSTITVTIONES D. IVSTIN. IMPER.

AD VSVM FORENSEM ACCOMMODATÆ,

LIBRI SECVNDI TITVLVS PRIMVS.

DE RERVM DIVISIONE.

SVPERIORE libro Imperator de ſtatu hominum, & eorum iure docuit, quod hominibus in homines ipſos competit: nunc docet de iure quod hominibus ipſis in rebus competere poteſt: & quibus modis acquirantur, conſeruentur, recuperentur, & amittantur, tam ex Iuſtiniano, quâm ex alijs Imperatoribus, & Iuriſconſultis docebimus.

Rei nomen latiſſimè patet, adeò vt omnia quæ in cœlo, mari, terráque ſunt rerum appellatione contineantur, ſiue corporales ſint, ſiue incorporales: quo fit vt Imperator rem non definiat, ſed à diuiſionibus eius ordiatur, quibus deſcriptis, & deſignatis quid rei appellatione veniat ſatis apertè conſtabit.

Prima autem diuiſio hæc eſt, vt rerum quidem aliæ in patrimonio noſtro ſint, quædam extra patrimonium: hoc eſt aliæ ſunt in commercio, aliæ extra commercium noſtrum.

Quæ in commercio noſtro ſunt acquiri à nobis poſſunt, & quæſitæ in patrimonio noſtro eſſe dicuntur.

Quæ autem in commertio non ſunt, hoc eſt quæ acquiri nequeunt, extra patrimonium quoque eſſe dicuntur.

Quamuis patrimoniũ id propriè dicantur quod à patre filio relictum eſt, hodie tamen ea eſt recepta interpretatio, vt etiam quæ à nobis quæſita, & parta ſunt noſtri patrimonij eſſe dicantur, hoc eſt Dominij noſtri. Quæ autem in patrimonio, & quæ extra patrimonium ſint ſequentia docebunt.

Secunda rerum diuiſio eſt hæc: quædam enim naturali iure communia ſunt omnium, quædam publica, quædam vniuerſitatis, quædam nullius,

pleraque ſingulorum, quæ ex varijs cauſis cuique acquiruntur.

Naturali iure communia ſunt omnium, aër, aqua profluens, mare, & littora maris. Eſt autem littus maris quatenus hibernus fluctus maximus excurrit, *c'eſt le bord de la mer*, cuius vſus publicus & communis eſt ſicut maris, atque ideò liberum eſt in littore ædificare, retia ſiccare, & ex mari deducere; adeò vt ad littus maris nemo accedere prohibeatur dummodo à villis, & monumentis quæ ibi ædificata ſunt abſtineat, quia eorum ſunt qui ædificauerunt.

Flumina quoque omnia perennia, & perpetua, & portus publica ſunt, atque ideò ius piſcandi commune omnibus eſt in portu fluminibuſque, ſicut & in mare, & littore maris. Riparum quoque vſus iure gentium communis eſt, & publicus ſicut ipſius fluminis, atque ita naues ad eas appellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere cuilibet liberum eſt, ſicut per ipſum flumen nauigare.

Proprietas tamen riparum, & arborum ibi natarum eorum eſt qui propè prædia poſſident.

Ripa autem dicitur *le bord de la riuiere de tant qu'elle contient, & où elle s'eſtend quand elle eſt grande*, eſt enim ripa quæ pleniſſimum flumen continet,

l.flumina ff.ne quid in flu.publ.

Dicuntur autem hæc & publica, quia publico vſui deſtinata ſunt, & quod omnibus pateant, vt ſuprà de ſuſp. tut. §. conſequens. ibi, publicam eſſe accuſationem, hoc eſt omnibus patere, & l. 2. §. publici loci ff. ne quid in loco public ibi. publico vſui deſtinata: publica ſunt, cuiuſmodi ſunt areæ, inſulæ, agri publici, viæ publicæ, itinera publica, ædes ſacræ etiam publicæ dicuntur. in l.acceptam C.de vſur. propriè tamen dicebatur publicum quod ad ſtatum rei Romanæ pertinebat, vti diximus ſuprà de iuſt. & iur. & l. 1. §. huius ſtudij ff. eod. ſic pecunia vectigalis quæ à fiſco colligitur publica dicitur, ita & res Imperij iure publico ſuſtinentur, etſi propriæ ſint principis: pecuniæ etiam quæ militibus dantur publicam cauſam habere videntur.

Sed cum vſus littoris, ripæ, fluminis, viæ, & eiuſmodi ſit publicus & communis, interdicta ſunt à prętore propoſita, quibus indicitur ne quid in flumine publico, ripáue, aut loco publico fiat quo vſus impediatur. tit. ne quid in loco publico ne quid in flum. publ. & alijs ff. ne deterior nauigatio fiat, & actiones quæ ex his competunt publicæ ſunt, hoc eſt populicæ, & populares quia cuiuis competere poſſunt.

Id autem quod in publico ædificatum est nemine prohibente,aut principe permittente, si modo vsui publico non obsit,is qui ædificauit tollere non cogitur.l.2.§.si quis à principe,& §.si quis nemine prohibente ff.ne quid in loco publico.

§. VNIVERSITATIS.

Diximus publica esse ea quæ omnibus patent: sed vniuersitatis sunt quæ cuiusque vniuersitatis, aut ciuitatis communia sunt, quæ vsu omnibus cemmunicantur qui eiusdem ciuitatis sunt, non quod ideo singulorum propria sint, sed quod vsu ad singulos eiusdem vniuersitatis pertineant, veluti theatra,stadia, hoc est loca cursui publico destinata,ab Hercule primo instituta; forum, curia, Basilica *maison commune*, viæ publicæ, balnea publica,piscinæ, aquæ ductus,fontes, campi publici vt marius, fana, porticus, pascua, nemora, & similia.

Horum bonorum communium administratores, & rectores sunt hodie consules ciuitatum, vrbium,& communitatum exemplo decurionum, magistratuum municipalium,& rectorum, & administratorum rerum ad ciuitatem pertinentium, de quibus aliquando dicemus congruo magis, & idoneo loco,

Notandum tamen eſt in hoc regimine ita oportere verſari vti ſolent Tutores,& Curatores in adminiſtratione rerum pupillarium, & minorum ſolet enim reſpublica,& ciuitas iure minoris vti, & eiſdem iuris regulis quibus minoribus, reipublicæ conſulitur, vt omnia ritè, & rectè conſilio capto, & cauſa cognita, & cum authoritate prætoris fiant, alioqui nulla; *Et en tous affaires il faut que la Commune ſoit aſſemblée deuëment aprés auoir eſté appellée porte à porte tant pauures que riches, & que la concluſion ſoit prinſe par la plus grande partie des preſens; autrement l'acte ſeroit nul.*

Quod autem diximus de bonis vniuerſitatis cum hac diſtinctione dicta ſint, vt quædam pertineant ad vniuerſos tanquam ad vniuerſos, quædam ad ſingulos vniuerſitatis tanquam ad vniuerſos.

Prioris generis ſunt ſtadia, theatra, viæ publicæ, palatium, curia, baſilica, & eiuſmodi.

Secundi generi ſunt paſcua, nemora, & eiuſmodi quia ſingulorum vſus eſt, & ad eos pertinet tanquam ad vniuerſos, hoc eſt tanquam ad vniuerſitatem eandem. Non quod id quod ad vniuerſitatem pertinet ad ſingnlos pro parte pertinere videatur, ſed ad eos pertinet tanquam ad vniuerſos. Exemplo erit ſeruus communis, qui etſi

ſed ſi

vniuersitatis est, non tamen pro parte singulorum esse creditur. l. ita tamen ff. de rer. diuis. §. vniuersitatis, quo fit vt libertus qui agere contra vniuersitatem patronam vult, veniam impetrare debeat: sed si libertus vniuersitatis aduersus singulos vniuersitatis agat, veniam non impetrare teneatur, quia non est libertus singulorum. d. §. vniuersitatis, & in l. sed si hac lege §. qui manu mittitur, ff. de in ius vocando.

§. NULLIUS.

In nullius bonis est, quod diuini iuris est, veluti res sacræ ritè Deo consecratæ per Pontifices: priuatus enim sibi sacrum constituere non potest, sed profanum manet.

Ædes sacræ, & locus in quo ædificatæ sunt etiam ijs dirutis sacer manet. sacrarium dicitur in quo res sacra reponitur, qua ablata sacer esse desinit. l. sacra ff. de rer. diuis.

Religiosæ res etiam in nullius bonis sunt: olim quisque in mortuo inferendo religiosum locum faciebat, sed hodie sunt *les Cymetieres*, quæ non fiunt nisi per dedicationem Episcopi, & hi loci hodie in nullius bonis sunt, quia religiosi.

Sanctæ quoque res veluti muri & portæ ciuitatum cum dicantur, in nullius bonis sunt; dicun-

tur sancti à sanctiendo quod pœna capitis in eos sit indicta qui in muros, aut portas deliquerunt, & leges sanctæ à sanctiendo dicuntur, & hæ res alienari non possunt, nisi in redemptionem captiuorum, maximè quæ sacræ sunt.

§. *SINGVLORVM.*

Nunc Imperator docet quibus modis res aliæ singulorum fiant, & acquirantur. Acquiri autem aut iure naturali quod etiam gentium, aut iure ciuili.

Iure naturali pluribus modis: Et primò occupatione: feræ enim bestiæ, volucres, pisces, & ea quæ mari, terra cœlóque nascuntur capta, fiunt occupantis. Quod enim ante in nullius bonis fuit, occupanti iure naturali conceditur, siue in suo, siue in alieno fundo captæ sint, quamuis à Domino prohiberi potuit ne fundum suum ingrediatur.

Sed si postea hæc animalia euaserint ita vt difficilis sit eorum prosequutio, rursus occupantis fiunt.

Porrò, etsi vulnerata fera bestia sit, eius tamen non fit qui vulnus intulit nisi capiat. §. illud quæsitum eod.

Apum quoque cum natura fera sit, & volucrum idem quoque statuitur, quo fit vt si apes in

arbore tua consederint, antequam à te capiantur, & in alueo includãtur, non magis tuæ fiunt quàm volucres quæ in arbore tua nidum fecerint: atque ideo si alius eas incluserit eius fiunt, fauos quoque si quos effecerint eximere quilibet potest. Quod si prouideris ingredientẽ fundum tuum, cum tuo iure prohibere potes ne ingrediatur. Idem quoque dicendum si examen ex alueo tuo euolauerit: quia eò vsque tuum est donec aspectu tuo est, nec difficilis est persecutio: alioqui fit occupãtis. §. Apum.

Idem dicendum de Pauonibus, Columbis, & Ceruis domesticis: quia tandiu nostra sunt quandiu animum eundem redeundi, & eundi habent. Sed cum deseruerint consuetudinem redeundi nostra esse desinunt, & fiunt occupantium. §. Pauonum.

Sed gallinarum, & anserum domesticarum fera natura non est, atque ideò si turbati euolauerint, & quocunque loco sint extra aspectum tuum, tamen tui tuæque esse dicuntur, nec citra furti crimen detineri, aut denegari possunt. §. Gallinarum.

§. ITEM EA.

Quæ ab hostibus capiuntur iure gentium capientis fiunt, ex eo enim bella, captiuitates, seruitutes, vti primo libro dictum est, ortæ sunt, sed si

ſerui facti poteſtatem noſtram euaſerint, & ad ſuos redeant, priſtinum ſtatum recipiunt, idque iure poſtliminij quod eſt ius reſtitutorium quo nos, noſtraque in priſtinum ſtatum reponuntur. Ea enim quæ nobis ab hoſtibus eximuntur extra limen tranſeunt, ſed redeuntibus intra limen, poſtliminio recuperamus. l. poſtliminium ff. de cap. & poſtl. reuerſ. ſed qui apud hoſtes captiui, & ſerui moriuntur, prima hora captiuitatis pro mortuis habentur, & ex lege Cornelia ad eius ſucceſſionem vocantur hi qui ei ſucceſſuri erant, ſi apud ſuos deceſſiſſent, quia ex ea hora qua in captiuitatem inciderunt, vt dixi, mortui fuiſſe præſumuntur. l. bona eorum eod. & quemadmodum ius captiuitatis efficit, vt qui in captiuitate moritur prima hora mortuus eſſe præſumatur; ita qui poſtliminio reuertitur iuris fictione numquam abfuiſſe præſumitur. l. retro, & ſeqq. ff. eodem, quo fit, vt interdum donec certum ſit de morte naturali, cum hæreditas neque ex teſtamento, neque ab inteſtato adiri poſſit, Curator detur bonis capti abſentis, qui regimini, adminiſtrationi, & deffenſioni præſit, abſentiſque bona tueatur, & deffendat, vt ſalua ſint redituro, tum eius hæredibus. l. cum cognatos C. de capt.

Ce qui eſt prins au temps de la ſuſpenſion d'armes,

quæ induciæ vocantur, *ou de trefue qui ſont plus longues*, aut pacis, non fit capientis nec poſtliminio indigent. Item quæ à piratis, aut latronibus cum iuribus belli non gaudeant capta ſunt, eorum non fiunt. l. hoſtes ff. de capt. Transfugæ qui ad hoſtes confugerunt pro hoſtibus habentur, nec poſtliminio gaudent. l. poſtliminium §. transfugæ eod. *C'eſt pourquoy à la paix, ceux qui eſtoient auec l'ennemy ont obtenu vn pardon, ou abolition; autrement ils pourroyent eſtre condamnez comme criminels de leze-Majeſté.* Sunt alia multa quæ capta ab hoſtibus iure poſtliminij non recuperantur, ſed alio loco dicemus.

§. ITEM LAPILLI.

Inuentione noſtra fiunt eodem iure quæ in littore maris inueniuntur, veluti gemmæ, lapilli, & eiuſmodi quæ nullius erant: ſed ſi rem alienam in littore maris quis cœperit, furti tenetur §. fin. infrà h. tit. remanet enim dominus qui amiſit. l. Pomponius §. fin. ff. de acq. rer. dom. & in poſſeſſione eſt ciuili, etſi corporali non incumbat, l. 3. §. nerua filius. & l. ſi id quod. ff. de acq. poſſ. tamen pro re inuenta reſtituenda nihil capi aut peti poteſt cum in re aliena nullum ius habeamus, & turpiter accipitur vt facias quod gratis facere teneris. l. fin. ff. de cond. ob turp. cauſ.

Si quid tamen inuentori aut iudicanti polliceatur, id honestè & accipi, & peti ex pollicitatione potest. l.idem. §.fin.ff.eod.Multa namque honnestè data accipiuntur, quę non honnestè petuntur: & quæ mercedis nomine non possunt peti, rectè remunerationis gratia accipiuntur, l. Salarium. de Procurat.

Quod si inuentor dominum non inueniat perquisitione debitè facta, in pios vsus conuertat rem inuentam cum authoritate Episcopi, nempe in eleemosinas: & si pauper est, ipse meritò sibi habeat, cum onere orandi pro eo qui amisit. auth. omnes peregrini.C.commun.de success.

§. *ITEM EA.*

NATIVITATE etiam nostra fiunt quæ ex animalibus nostris nascuntur, idque eodem iure vti etiam diximus seruos fieri aut nasci:fiunt namque captiuitate, aut si ad pretium participandum se venundari patiantur: nascuntur autem qui ex ancillis nostris oriuntur,& nostri fiunt.De animalibus idem scribit Florentinus.in l.itemque ex animalibus ff.de acq.rer.dom,

Quod si animal tempore natiuitatis alienatum fuerit, quod natum est, acquirentis quoque est. l. in ciuili C.de rei vindic.& l. vlt.ff.de acq.rer.dom.

§. PRÆTEREA QVOD per alluuionem.

ALLVVIONE nobis acquiritur iure gentium, quod agro noſtro flumen adijcit latenti incremento, & ita paulatim, vt deprehendi quid quoque momento adijciatur non poſſit. Quod ſi vno impetu vi fluminis quod è vicino agro detractum eſt, ſuo ſit adjectum, eius permanet à quo detractum eſt: arbores tamen agro noſtro junctæ, ſi radices egerint noſtræ fiunt.

Quod ſi alueus fluminis exſiccatus ſit, fit eorum qui propè prædia poſſident. l. ergo ff. de acq. rer. dom. quia iam populus eo non vtitur.

Sed alluuio ceſſat in lacu, ſtagno, torrenti, & agris limitatis. l. in agris & l. lacus eod. & ſi quid iniectum eſt velut trabes, & alia, reſtitui debent ijs ad quos pertinent.

Quod ſi inſula in medio fluminis nata ſit, eſt communis eorum qui ab vtraque parte fluminis prædia poſſident: pro modo latitudinis cuiuſque fundi ripæ contigui. Quod ſi alteri parti proximior ſit, eorum eſt tantum qui ex ea parte prædia poſſident: ſi autem agrum vnicum, & contiguum in formam inſulæ flumen redegerit, eius ager permanet cuius fuerat, etſi vndique flumine diuiſo cingatur.

Derelicto autem alueo, si flumen alio fluat, prior alueus eorum est qui propè prædia possident pro modo latitudinis cuiuscumque agri. Nouus autem alueus fit publicus: quod si rursus ad priorem redeat, nouus alueus rursus eorum fit, qui propè prædia possident: inundatus autem fundus eius permanet cuius erat.

§. CVM EX ALIENA materia.

Si ex aliena materia species aliqua sit confecta, quærebatur ad quem species pertineat, an ad dominum materiæ: an ad eum qui fecit, & responsum est, si species reduci potest ad primam materiam, domino materiæ restituendam: si autem non possit, eius esse qui fecit, sed ne aliena jactura locupletetur ad æstimationem materiæ conueniri potest, & ad id quod interest re sua non priuari vti ait gloss. ibidem ex l. in rem 1. §. item quæcumque ff. de rei vindicat. sed perpetuò verum non est, vt ad specificantem res pertineat, si enim sciens materiam alienam esse speciem fecerit, fieri non potest dominus, quia mala fides ei obstat, & furti tenetur, quia inuito & ignorante domino rem alienam dolo malo vsurpat. l. de eo. §. si quis ff. ad exhib. Quamuis in textu compilator institutionum

dixerit,

dixerit, frumentum factum ex alienis ſpicis facientis eſſe: id magis exempli cauſa cum cæteris adjecit, quã quod verum eſſe crediderit: quia contrariũ deciſum eſt, in l. adeo §. videntur tamen ff. de acq. rer. dom. qui enim excuſſit ſpicas non nouam ſpeciem facit, ſed eam quæ eſt detegit, itaque excuſſum frumentum eius eſt, cuius & ſpicæ fuerunt, & quod pertinet ad exemplum ſpicarum, Tribonianus quæ in ea lege dicta ſunt omiſiſſe videtur, non quod omiſſa improbentur.

Quod ſi partim ex ſuo, partim ex alieno ſpeciem fecerit, non eſt dubium facientis eſſe: cum operam & partem materiæ præſtiterit, niſi mala fide fecerit, hoc enim caſu condictione furtiua tenetur, quod enim meum eſt, me inuito in te transferri non poteſt, & quod ait Imperator ſpeciem ex alieno factam facientis eſſe; id verum eſt iure gentium, ſi bona fide factum; ſed iure ciuili vti dictum eſt, non poteſt fieri Dominus. l. de eo §. ſi quis. ff. ad exhib.

Si autem veſtimento tuo alienam purpuram intexueris, purpura cedit veſtimento: ſed Domino purpuræ furti condictio competit contra fures, & quoſcumque poſſeſſores. §. ſi tamen. eod.

Si tamen voluntate dominorum materiæ mixtæ ſint, ſpecies ad vtrumq; pertinet, & communis

ſpecies dicitur.Idem ſi caſu fortuito materię confuſæ ſint, non eorum voluntate & citra dolum, communis quoque ſpecies erit, idem dicendum ſi vtriuſq; conſenſu frumentum mixtum ſit:quod ſi caſu,aut citra voluntatem alterius mixtum ſit, non commune eſt : quia ſingula corpora in ſua ſubſtantia durant, ſed in rem actio datur pro modo frumenti arbitrio iudicis, qui præuidebit, & æſtimabit, quale cuiuſque frumentum fuerit, & hoc caſu quanti plurimi iudicium dabit. §. ſi duorum.

§. CVM IN SVO SOLO.

ÆDIFICIVM ex aliena materia in ſuo fundo factum,ædificantis eſt,nec materia ab eo vindicari poteſt cuius fuit, propter authoritatem legis duodecim tabularum, qua prohibitum eſt, ne tignum ſuum alienis ædibus iunctum quis eximeret,ne ædificia diruerentur, & appellatione tigni omnis materia continetur ex qua ædificia fiunt : dominus tamen materiæ actione de tigno iniuncto duplum ſuę materiæ conſequitur, ſed ſi fortè dirutum ſit ædificium antequam conſequutus fuerit duplum,materiam vindicari poteſt :Contra ſi de ſua materia in alieno fundo ædificauerit,ſimplum tantum conſequitur, nec diruto ædificio

vindicare poteſt, quod tacite materiam alienaſſe videatur. Quod ſi ſoli dominus vindicabit ædificium, nec materiam ſoluere & fabrorum mercedes paratus ſit, exceptione doli repelli poteſt: quia in dolo eſt qui aliena iactura locupletari vult, licet enim materia ſolo cedat, ei tamen ſolui debet ad quem pertinet, l. in rem. §. in omnibus. ff. de rei vindicat. & l. domum. C. eod.

Idem dicendum de arbore quæ in alieno fundo plantata eſt, eius enim eſt ad quem fundus pertinet ſi modo in eo radices arbor egerit, antequam enim radices egerit, eius eſſe non poteſt, idque adeò verum eſt, vt arbor quæ in confinibus prædijs ſita eſt, ſi in vtriuſque vicini fundo radices egerit, communis eſſe dicatur.

Eadem quoque ratione frumentum in alieno ſatum ſolo cedit, ſed exemplo ædificij, ſi dominus fundi prętium frumenti & impenſam non ſoluat, exceptione doli mali repellitur.

Idem ſi literæ aureæ, aut hiſtoria, aut quid aliud in aliena charta aut membrana ſcriptum ſit, deciſum eſt.

Aliud dicendum ſi in aliena tabula quis pinxerit, quia tabula picturæ cedit, ſi quidē pictor magni nominis eſt, & quid eximium pictum ſit, ſed qui pinxit tabulam ſoluere, aut qui tabulam vin-

dicat picturam, si pictor bona fide fecit.

In quo semper est animaduertendum, an is qui ædificauit in alieno, aut seuit, plantauit, literas scripsit, aut picturam fecit, sciuit rem alienam, aut ignorauit: posteriore casu cum in bona fide fuerit, impensarum & rei suæ æstimationem consequitur, si autem sciuit rem alienam impensas tãtum necessarias & vtiles, non voluptuarias idque officio iudicis. gl. in §. certe hoc tit. in verbo ædificauerit. & d. l. domum.

§. SI QVIS A NON DOMINO.

DIXIMVS primo libro omnes fere contractus quibus rerum dominia acquirũtur iuris gentium esse, cuiusmodi sunt emptiones, venditiones, locationes, conductiones, de quibus suo loco dicemus. Hoc loco Imperator portiũculam emptionis contractus tetigit, ea quæ pertinent ad naturam huiusmodi contractus libro sequenti docebimus, sed quia contractus bonæ fidei est qui solo consensu perficitur, si de re & prætio conuenerit, ait Imperator, si quis ab eo quem dominum existimabat bona fide fundum emerit, fructus consumptos suos facere, extantes pro cultura, & cura tantum: Ratio illa est quia is qui vendidit quod non habuit transferre non potuit, si itaque domi-

nus non fuit alium dominum facere non potuit, quo fit vt qui verè dominus fuit vendicando & rem, & fructus consequitur, quia re sua eo ignorante, & inscio priuari non potuit.

Quod si rem alienam sciens emerit, & rem & fructus restituit, quia in mala fide fuit, malæ fidei autem possessor fructus suos non facit, quia fructus non iure seminis, sed iure soli percipiuntur. l. qui scit in prin. ff. de vsur.

§. *IS VERO.*

Si is qui vsum fructum habet fundi cuius proprietas ad alium pertinet, si non perceptis à solo separatis fructibus decesserit, etiamsi maturi fructus sint, ad dominum proprietatis pertinent; quia morte vsusfructus finitur, & statim cum proprietate consolidatur, vt dicemus infra suo loco.

De colono contra, quia ad hæredes transfert ius percipiendorum fructuum, siue partiarius fuerit, *lequel est nommé Grangier à moitié*, siue nummis colat, *lequel est nommé Fermier*, vti dicemus infrà. de locat. & conduct.

§. *IN PECVDVM.*

In pecudum fructu sunt lac, pilus, lana, agni, hædi, vituli, equuli, & succuli, *Taureau*, qui sta-

tim atque editi sunt fructuarij fiunt.

Sed partus ancillæ non est in fructu, quia absurdum esset homines in fructu esse, quorum gratia natura fructus omnes destinauit. Sed qui gregis vsum fructum habet, aut vinearum, & arborum in locum demortuorum demortuarúmve alios aliásve submittere, & substituere vsufructuarius tenetur, cum his vti debeat tanquam bonus paterfamilias, ita vt salua semper sit rerum substantia.

§. THESAVROS.

DIXIT supra inuentione Iure gentium acquiri rerum dominia, si quid in littore maris repertum est, fieri eius qui inuenit, nisi res aliena fuerit: hic ait thesaurum inuentum in re sua inuentoris esse. Idem si in sacro aut religioso loco fortuito inuenerit: si autem in alieno loco fortuitò inuentum sit, pro dimidia inuenientis fit, alia domino fundi applicanda, siue princeps, aut respublica ad quos fundus pertineat fuerit, siue priuatus. Addantur hic quæ ex Gregorio lib. 3. cap. 11.

§. PER TRADITIONEM.

VERE traditione dominium transferri, ait Imperator, & ratam haberi voluntatem domini vo-

lentis rem ſuam in alium transferri: id maximè naturali æquitati congruit. Certum namque eſt, traditionibus & vſucapionibus rerum dominia non nudis pactis transferri, l. traditionibus C. de pact. In quo animaduertendum eſt ex qua cauſa traditio facta ſit, ſi enim ex venditione cum hæc ſolo conſenſu perficiatur; ſimulatque de re & pretio inter contrahentes conuenit, certum eſt etiam ſine traditione dominium transferri, ſi is qui vendidit dominus erat, maximè ſi clauſula conſtituti adiecta ſit, vti vulgò adijci ſolet, quæ pro traditione habetur, quæ ita fit cum venditor ſe conſtituit poſſidere nomine emptoris, donec realem apprehendat poſſeſſionem. Solet etiam in venditione traditio fieri fictitiè per calami traditionem, quæ pro vera traditione habetur, de quibus ſuo loco dicemus. Nulláque differentia conſtituitur ſiue prædia ſint publica, priuata, ſtipendiaria, aut tributoria, ſiue Italica: traditione namque dominia horum transferuntur.

Sed quæ ſtipendiaria ſint, docet gloſſa, ea ſcilicet quæ in ſtipendium militibus dantur, Tributoria quæ certum canonem præſtant annuatim Romæ: Italica immunia ſunt tributorum & præſtationum, deinde ciuitates confœderatæ, quæ ius Italicum impetrauerant, Ius immunitatis im-

petrauiſſe dicebantur, & ſub lege immunitatis in fœdus receptæ. Ita Turnebus in anniuerſarijs ius Italicum ius immunitatis appellat, & pleriſque legibus quoque patet, de quibus alio loco dicemus.

Idem dicendum, ſi ex alia quoque iuſta cauſa res tradita ſit: tunc enim dominium transfertur.

Quod ſi nulla ſubſit cauſa, condici ex titulo de conditione ſine cauſa poteſt.

Quo fit vt ex nuda conuentione transferri non potuit quę nullam cauſam habet, ex ea enim actio nulla datur, niſi aut in nomen contractus tranſierit aut ſtipulatione firmetur, l. iuris gentium ff. de pact.

Quod ſi ea lege ex venditione res tradita ſit, vt pretium ſoluatur: dominium non transfertur ante ſolutionem pretij: quod ſi ſtetit in ſimplici nomine venditionis, & eius naturam ſequuti ſint, qui contrahunt habita fide de pretio, agere venditor ad pretium, & ad id quod intereſt ſolutum congruo, & debito tempore fuiſſe. Solutio itaque ſequatur neceſſe eſt, aut idonea cautio & expromiſſio pro ſecuritate ſolutionis.

Quod autem dixit traditione dominium tranſferri, id verum eſt ſiue dominus tradat, ſiue alius eius mandato: qui enim per aliũ facit, per ſeipſum

facere

cere videtur.§.Vendite.

Ei autem traditione opus non fuit, qui iam in possessione est alio titulo, si postea dominus ei vendiderit: voluntas enim domini hoc casu pro traditione habetur, cum te vti patitur, & venditione profitetur tuam esse.§.Interdum.

Si merces in horreo depositas quis vendiderit, traditis horrei clauibus emptor dominus fit mercium, quia traditis clauibus perinde est ac si merces traditæ fuissent, & ex eo tempore periculum ad emptorem pertinet, vti dicemus ad titul. de empt. & vend. §. Item si quis.

Missilia etiam in vulgus tradita accipientis fiunt, etsi incertæ personæ iactentur, quod incertum est quis accipiat.§.Hoc amplius.

Ea quæ pro derelicto habentur perinde occupantis fiunt atque si voluntate domini tradita essent, cum ea mente dominus à se abiecerit, vt in numero rerum suarum esse nolit, adeò vt statim dominus esse desinat, d.§.

Quo fit vt ea quæ leuandæ nauis causa eijciuntur, cum dominorum permaneant (neque enim eo animo eijciuntur, vt amplius habere nolint) eorum esse non possunt qui inuenerunt, quia pro derelictis non habentur. Idem si quid à vehiculo decidat domino ignorante, vtroque enim casu in-

uentor nisi restituat furtum committit. §. Alia sane. Et hæc de traditione qua dominium transfertur. In incorporalibus, in quibus non est traditio, idem operatur cessio & patientia, vti dicemus suo loco.

DE REBVS CORPORALIBVS & incorporalibus.

POST diuisiones rerum superiori titulo expositas, subiungit hoc titulo Imperator aliam diuisionem: eas namq; ait, aut corporales, aut incorporales esse; vt meritò quicquid acquirimus dicamus esse aut corporale, aut incorporale.

Corporale porro illud est, quod sua natura tangi potest, vt fundus, homo, vestes, aurum, argentum, & eiusmodi.

Incorporale, quod tangi nec videri potest, sed mente & intellectu percipitur, qualia sunt ea quæ in iure consistunt, veluti hæreditas, vsus, vsusfructus, obligationes, seruitutes: quamuis enim ex his corpora depẽdeant & annexa sint, & sine corporibus inania sint, non ideo minus incorporalia dicuntur, quia ad nomen iuris referuntur; quod solo intellectu percipitur.

Hæreditas enim dicitur ius vniuersum quod habuit defunctus tempore mortis.

Obligatio dicitur iuris vinculum, quo necessitate cogimur ad aliquid dandum, aut faciendum.

Seruitus est ius, quod nobis in prædio alieno competit.

Vsusfructus est ius, vtendi rebus alienis.

Denique ideo incorporalia dicuntur, quia ad nomen iuris referuntur, & de eo prædicantur, & ex eodem definiuntur.

Quo fit vt propriè non possideantut, cum possessio ad corpora quæ tangi aut palpari possunt referatur, sed quasi possidentur pro his interdicta dantur possessoria non actiones.

Et vti supra diximus corporales traditione acquiruntur, incorporales patientia quæ pro traditione habetur: sed quomodo id intelligatur dicemus sequenti titulo, dicemus etiam quo pacto libellus in eiusmodi iuribus formandus.

DE SERVITVTIBVS.

LIBRO primo Imperator de Seruitutibus personalibus dixit, nunc de realibus dicet: quæ sunt aut rusticorum, aut vrbanorum prædiorum.

Eſt autem ſeruitus hæc prædiorum, ius quoddam continens diminutionem iuris prædij alieni ad vtilitatem alterius prædij vel perſonæ: habet namque prædium dominans, vel perſona cui ſeruitus à re debetur vtilitatem quandam in fundo ſeruiente, quæ diminuit ius & libertatem alterius prædij ſeruientis. l.quoties. ff. de ſeruit. l.ſtipulatio iſta. §. ſi forte. de verb. obligat.ff.

Prædia autem omnia libera ſunt, niſi conſtet de ſeruitute: conſtabit autem ſi doceat is qui ſeruitutem ſibi, aut prædio deberi contendit, eam eſſe quæſitam pacto, ſtipulatione, teſtamento, aut vſucapione, & præſcriptione, his enim modis ſeruitutes huiuſmodi conſtituuntur & acquiruntur, hoc tit. infr. Ita tamen vt cum rei à re debetur eis qui debet prædium habeat etiam, ex quo fundi dominantes & ſeruientes dicuntur, alioqui ſeruitus ſtare non poteſt, ſi non eſt fundus qui ſeruiat, & fundus qui ſeruienti dominetur, cui ſeruitus debeatur. Seruitus enim eſt qualitas quæ ſine ſubiecto eſſe non poteſt, hoc eſt ſine prædio.

Quod ſi is qui ſeruitutem conſtituit non eſt dominus fundi, ei ſeruitutem imponere non poteſt: vti & is qui dominus non eſt, non poteſt acquirere ſeruitutem fundo cuius dominus non ſit inſolidum. l.1. ff. comm. præd. Angel. in §. æque de

actio. in instit. Rectè autem, & vti oportet, constitutæ seruitutes transeunt ad quoscumque rei seruientis aut dominantis possessores. l. in prouinciali. C. de seruit. & l. via constitui. §. si fundus. & §. quicunque. ff. de seru. rust. præd.

Seruitutes autem siue iura rusticorum prædiorum sunt hæc, iter, via, actus, aquæ ductus.

Iter, est ius & seruitus debita homini ad eundum per fundum alienum.

Actus, est seruitus eundi hominis, aut vehiculum, aut iumentum ducendi per fundum alienum.

Itaq; actus continet etiam seruitutem itineris.

Via autem seruitus est, qua & homini ire, agere iumento, & vehiculum ducere licet, quæ & iter & actum continet.

Aquæ ductus, est seruitus aquæ ducendæ per fundum alienum.

Harum seruitutum quædam causam continuam habent, quædam discontinuam.

Iter, via, actus, discontinuam habent: aquæ ductus continuam habere dicitur.

Ideo autem discontinuam causam habere dicuntur, quia nemo tam perpetuo, támque continenter ire potest, vt nullo momento possessio eius interpellari videatur. l. seruitutes. ff. de seru.

Continuam vero quia interruptionem vix

admittunt vt in aquæ ductu cum perpetuo, continenter, & præter interruptionem aqua ducatur.

Quod si pacto, testamento, aut stipulatione non constituuntur, quæ continuam causam habent longo tempore prescribuntur, si vidente, patiente, & non contradicente eo ad quem interest ea seruitute iure seruitutis vsus sit: hæc enim patientia, & tolerantia pro traditione habetur.

Quæ discontinuam, non præscribuntur, nisi tanto tempore cuius in contrarium memoria non extet, & hæc possessio vim tituli & constituti habet.

His seruitutibus prædiorum rusticorum, hæ adijciuntur, aquæ haustus, pecoris ad aquam appulsus, ius pascendi, calcis coquendæ. l. 1. ff. de seruit. rust. præd.

Actiones quæ pro seruitute competunt, confessoriæ dicuntur: contra seruitutem pro libertate negatoriæ.

Pour la confessoire, quand il y a tiltre & possession, il faut ainsi dire. A Monsieur le Iuge, &c. Supplie humblement N. disant que par bons & legitimes tiltres, il est en possession seu quasi *saisine & iouïssance, tant par son moyen que de ses seruiteurs & domestiques, & entremeteurs de passer & repasser à pied, à*

cheual, bœufs liez, & non liez, auec chars & charettes, par vne telle piece de pré, terre, vigne ou bois, appartenant à vn tel, luy & ses predecesseurs, voyans, sçachans, & non contredisans par dix, vingt, trente, quarante, & cent années, & tel temps duquel il n'y a memoire d'homme: au contraire, toutesfois il y est troublé presentement par tel, & tel. Requiert partant estre maintenu en sadite possession seu quasi de passer comme dessus: & entant que seroit spolié, estre reintegré auec tous despens dommages & interests, & inhibitions de luy donner par cy aprés aucun destourbier ou empeschement, à peyne de cent escus d'amande.

Quand il y a tiltre & possession de dix ans, il faut deduire le tiltre d'achet, stipulation ou pache, deduire que celuy qui l'a vendu estoit Maistre & Seigneur de la piece, sur laquelle il a vendu & imposé la seruitude, de laquelle il a vsé depuis le Contract, requerir comme dessus, maintenir & reintegrer entant que spolié; Autrement ces deux sont incompatibles: car la maintenuë presupose possession, & la reintegrande presupose dejection de la possession: Mais quand l'on met, & entant que spolié reintegré, la conclusion est soustenable.

Autant en faut-il faire in aquæ ductu, & narrer comme il a droict par vn tiltre de prendre l'eau en tel lieu, & la deriuer & conduire par vne telle piece, en vne telle, pour l'abreuuage des prez, ou pour moulins,

ſies, gauchoir, battoir, ou preſſoir, & d'en auoir vsé par longues années continuellement, & ſans interruption, au veu, ſçeu, & patience d'vn tel, qui toutesfois de ſon authorité puis peu de iours l'auroit diuerty & empeſché la conduite & deriuation d'icelle, au grand preiudice des prez, moulins, battoirs, &c. qui par ce moyen ceſſent. Concluent comme deſſus, & à ce que luy ſera permis de la prendre à ſon accouſtumée, auec inhibitions, deſpens dommages & intereſts.

Le defendeur au contraire dira par la negatoire, Que la ſeruitude n'eſt imposée, que ſon fonds eſt libre, & à preſumer tel de droict, qu'il l'a poſſedé ainſi franc de tout paſſage, au veu & ſçeu de tous ceux qui l'ont voulu voir, & ſçauoir. Que ſi ledit tel y a paſſé, c'eſt clandeſtinement, & à ſon deſçeu. Que s'il appert d'aucune impoſition, niera que celuy qui l'a faicte fut Seigneur & Maiſtre de la piece du temps de l'impoſition, partant niera la poſſeſſion, & la ſeruitude.

Faut noter icy qu'en ces ſeruitudes il y a le petitoire & le poſſeſſoire. Quand on ſe pouruoit par le poſſeſſoire comme aux autres choſes, l'action petitoriale ceſſe, iaçoit qu'on eut commencé par le petitoire. l. naturalis §. nihil commune ff. de acq. poſſ.

Le petitoire eſt quand l'on fonde la demande ſur le ſeul tiltre, & quand on conclud ex titulo ius eſſe eundi agendi, aut aquæ ducendæ per fundum

Titij

Titij aut Sempronij, *On conclud ainsi.*

Qu'il soit dit & declaré le suppliant auoir droict de passer par tel fonds appartenant à vn tel, & iceluy condamné à souffrir ledit passage auec despens.

Au contraire le defendeur par la negatoire conclurra qu'il soit dit, que le demandeur sera debouté, & son fonds declaré libre, immuné, & exempt de ladite seruitude auec despens.

Quo pacto autem per vsucapionem acquirantur, & per præscriptionem dicemus ad titulum de vsucapionibus.

Mais en telles deduites & propositions, quand les parties se treuuent ainsi contraires aux faits auancez, le Iuge les regle à faire preuue par tesmoins, & par tiltres, en cette forme.

Nous, auant que dire droict sur les fins & conclusions des parties, auons icelles appointé contraires, feront faits plus amples de huictaine en huictaine, sur les niés informeront par le Commissaire duquel elles conuiendront, où à faute d'en conuenir par celuy qui sera par nous deputé d'Office, &c.

Vrbanorum autem prædiorum seruitutes sunt, quæ ædificijs inhærent, siue in vrbe, siue in agro ædificata sint, cuiusmodi sunt hæ: onerum reponendorum in vicino ædificio, immittendi tigni in parietem eius, stillicidij recipiendi, altius ædes

non tollendi ne luminibus vicini officiat: cum enim omnia libera ſint, vti iam diximus, ſi non conſtet ſeruitutem impoſitam eſſe ab eo qui conſtituere in fundo ſuo vrbano potuit, ſi eius fundi dominus fuit, nec onus recipere, nec tignum in parietem admittere cogitur, nec denique quominùs altius tollat prohiberi poteſt.

Conſtituuntur autem in vrbano prædio eiſdem modis quibus in ruſtico conſtitui poſſunt, nempè pactis, ſtipulationibus, aut teſtamento.

Pactis hoc eſt conuentionibus quæ emptionibus & venditionibus, donationibus & alijs contractibus conſtant. Stipulationibus quæ ex interrogatione & reſponſione contrahentium perficiuntur. Teſtamento nempe ſi ſeruitus à teſtatore legatur, & hæredem ſuum ſeruitute grauauerit & onerauerit.

Harum quædam etiam præſcriptione & tempore quęruntur, ſed ne altius ædes tollantur nullo temporis ſpatio acquiri poteſt.

Seruitutes luminum recipiendorum, ne luminibus obſtet, & proſpectus recipiendi, ſunt etiam vrbanorum prædiorum, Stillicidiorum, protecti & proiectus, proijciendi aquam & quiſquilias.

Seruitutes luminum, & proſpectus recipiendi habent notas quaſdam in feneſtris.

Luminum quidem ne lumina obſcurentur.

Proſpectus vt gratior & liberior ſit.

Aſpectus, *en l'vn les feneſtres ont des coudieres, l'autre ne paſſe la groſseur de la muraille.*

Proprium parietem quiſque aperire poteſt, communem inuito vicino non poteſt.

En ces ſeruitudes il faut garder la forme des actions cy deſsus eſcrites.

Nota tamen, in ſeruitute altius tollendi, quod hæc non acquiritur vllo temporis ſpatio, quia quę facultatis ſunt, vti altius tollere non præſcribuntur, libertas altius tollendi ſemper inconcuſſa manet, nec præſcriptione adimittur.

DE VSVFRVCTV.

VSVSFRVCTVS ſeruitus prædialis eſt quę perſonæ debetur, & ſine qua ſubſiſtere non poteſt. l. Vſusfructus. ff. de ſtipul. ſeruorum.

Eſt autem vſusfructus, ius vtendi fruendi rebus alienis ſalua rerum ſubſtantia. Paul. in l. 1. ff. de Vſufr.

Inter fructum & vſumfructum hoc intereſt, vt cum dicimus fructum rei, non ius ſed corpus demonſtramus, ſicuti prędiorum frumenta & vinum

recte dicimus fructum: vſusfructus autem non corpus ſed ius in corpore dicitur quo ſublato, & ipſum ius tolli neceſſe eſt. Celſ. in l. 2. ff. de Vſufr.

Et propriè fructus ſunt, qui ad dominum proprietatis fundi pertinent, imò vero quodammodo pars ſoli ſunt, donec ſint à ſolo ſeparati, cum ſuperficies ſolo cedat, & eius ſit qui ſoli dominus eſt.

Sed cum de vſufructu agimus, conſtituimus quandam dominij ſpeciem à ſolo ſeparatum, vt alter ſit proprietatis dominus, alter ſit fructuum vſu dominus adeo quidem vt proprietarius vſufructuario nocere non poſſit, nec vſufructuarius proprietario. Vti frui debet vſufructuarius, ſed ſalua proprietate, atque ea de cauſa cautio præſtatur ab vſufructuario ſe arbitrio boni viri vſurum & fruiturum, quæ cautio cum à iure requiratur, à teſtatore quidem remitti non poteſt, ſi teſtamento ſit vſusfructus conſtitutus. l. 1. de Vſufruct.

Quod ſi aliter vtatur fruatur quam bonum virum & probum deceat, & opporteat, conueniri ex conuentione & cautione poteſt actione legis Aquiliæ pro damno dato. l. ſi cuius rei. §. de præteritis. ff. de Vſufr. & damna proprietati illata reficere, reparare tenetur arbitrio iudicis, qui æſti-

mabit quanti proprietario interſit vſufructuarium ritè & rectè vſum, arg.l.diuus.§.fin.ff.de vſu & habit.

Vſufructus itaque eſt ſeparatus à proprietate & vterque dominus cenſetur nempe alter vſusfructus, alter ratione proprietatis.

Conſtituitur autem teſtamento, pactis aut ſtipulationibus quemadmodum aliȩ ſeruitutes.

Teſtamento quidem, ſi teſtator hȩredem alium in proprietate faciat, alium in vſufructu conſtituat. Aut ſi vni proprietatem legauerit, alteri vſumfructum, veluti ſi Titio fundum legauerit deducto vſufructu, Titius proprietatem habet, hæres vſumfructum.

Pactis & ſtipulationibus conſtituitur, venditione, permutatione, donatione, ſtipulatione, & ijſdem modis vti diximus cȩteras ſeruitutes prædiorum conſtitui poſſe.

Sunt certi caſus in quibus vſusfructus relictus vniuerſalis ad alimenta reducitur, veluti quando maritus teſtamento vſumfructum reliquit vxori liberis hæredibus inſtitutis, niſi adiecta ſit clauſula ex qua conſtet vſumfructum formalem conſtitutum, veluti quando proprietas liberis vſusfructus vxori relinquitur, tunc enim apertè conſtat teſtatorem in vſufructu vxorem inſtituiſ-

ſe ſed latius alio loco dicemus.

Vſusfructus autem non ſolum rerum immobilium, ſed & mobilium, & quæ per ſe mouentur, iurium & actionum eſſe poteſt: ita tamen vt ſit ſemper ſalua proprietas.

Atque ideo ſi in immobilibus, ædes reficere ſarta habere tecta, & onera realia præſtare tenetur vſufructuarius, in locum arborum demortuarum & vinearum alias ſubſtituere & inſerere.

Si in mobilibus, cum ſit quaſi vſusfructus, & vix eſt quin vtendo conſumatur, æſtimatio fit & cauet idoneis fideiuſſoribus de reſtituendo prętio æſtimationis mobilium, idem ſi in pecunia.

Quod ſi per ſe moueantur, veluti pecora, armenta, iumenta, & eiuſmodi cauet etiam & in locum demortuorum alia ſubſtituit vt ſemper gregi numerus conſeruetur, ſaluus ſit & reſtitui poſſit.

In iuribus etiam conſiſtere poteſt, quia vſusfructus ſeruitutis cōſtitui poteſt. Actionum etiam & obligationum cauendo rem ſaluam fore, mobilium & iurium & actionum conſeruandorum cauſa, quia maius ineſt periculum, cautio deſideratur: tit. Vſufr. quemadm. caueat.

Quod ſi cauere nequeat, res deponitur apud aliquem cuius opera & cura vſumfructum per-

cipiat deducto onere, maximè ſi vſusfructuarius ſit ſuſpectus, alioqui ſtabitur iuratoriæ cautioni ſi ſit vir probatæ famæ & exiſtimationis. Ang. h. tit. in princ. §.

Ne autem inutilis perpetuò proprietas ſit, vſusfructus finitur pluribus modis, nempè morte vſufructuarij, quia ſtatim vſusfructus cum proprietate conſolidatur. 2. Si res in qua vſusfructus eſt conſtitutus pereat. 3. Non vtendo decennio inter præſentes, & vicennio inter abſentes. 4. Media & maiore capitis diminutione. 5. Renunciatione, quando cedit proprietario ius ſuum vſusfructuarius. 6. Si proprietatem emat quia tunc cum res ſua nemini ſeruiat, vſusfructus dici non poteſt quia plenam in re habet proprietatem. 7. Finitur deficiente conditione ſub qua eſt conſtitutus. 8. Si eccleſiæ aut reipublicæ relictus ſit centum annorum ſpatio finitur.

LIBELLVS ITA CONCIPITVR.

A Monſieur le Iuge, Supplie humblement N.N. diſant comme par Contract de Teſtament d'vn tel iour, faict par vn tel, receu par Notaire, ou par vente, permutation, ou autre tiltre tel qu'il ſera, tel & tel auroit laiſſé ou vẽdu, & aliené l'vſufruict de tel, & tel fonds, ou heritage: duquel toutesfois tel & tel ne le veut ſouffrir

de iouïr & vser; Requiert qu'il soit appellé pour se voir contraindre à souffrir, que le suppliant iouïsse desdits fruicts & vsufruicts, offrant bonne & suffisante caution; & à faute de ce, qu'il soit condamné en tous despens dommages interests.

Que s'il est en possession des fruicts, & il y arriue trouble, il conclurra à estre maintenu en la perception & iouïssance desdits fruicts; & entant que spolié, reïntegré, auec restitution de ce qu'aura esté induëment perçeu, inhibitions de par cy aprés le troubler, & aux despens.

Le defendeur pourra nier que celuy qui a constitué, ou legué l'vsufruict, l'ait peu faire, niera la possession, dira que le demandeur n'a point baillé de caution, & qu'il doit rendre les fruicts perçeus auant ladite prestation de caution, qu'est vne dispute traictée par l'Ange: mais la commune est, que s'il est en possession sans vice, fructus suos facit etiam non præstita cautione.

Là dessus quand le Iuge verra que les parties ne seront en different qu'en droict, il les appointe à escrire, s'il ne le peut juger sur le champ parties ouïes. Que si elles sont contraires en faict, il ordonnera comme dessus aux autres seruitudes.

DE

DE VSV ET HABITATIONE.

VSVS eſt ſpecies ſeruitutis prædialis quæ à re perſonæ debetur, eoquè tantum extenditur quod vſui neceſſarium eſt, non quod locari aut vendi poſſit, in quo ab vſufructu diſtat, qui & vendi & locari poteſt, & alteri cedi, & latius patet, quia & vſum continet.

Iiſdem quoque modis conſtituitur & finitur quibus vſusfructus, cautio quoque deſideratur, vt ſalua ſit rei ſubſtantia, ſiue res ſint ſoli & immobiles, ſiue mobiles, & per ſe mouentes. Sed diuerſo tamen modo ij quibus debetur vtuntur, nam fructibus ex fundo naſcentibus, veluti oleribus, pomis, lignis, & eiuſmodi ad vſum quotidianum vtuntur, ædium vſus ad habitationem tantum refertur, quam alteri transferre non poteſt, cum ſuis habitare poteſt. Si ſerui vſus ſit, operibus vti poteſt, alij opera locare non poteſt. Idem in vſu iumentorum & equorum.

Sed pecorum vſus, & ouium non in lacte, lana, & agnis conſiſtit, hæc enim ſunt in fructu: ſed ad agrorum ſtercorationem vtetur.

Si vſus ſyluæ ſit quæſitus, poteſt ex ſylua ſcindere quod ſufficiat ad id quod ad vſum neceſſa-

rium erit, vt expensæ deducantur.

Differt vsus ab habitatione, quod angustior sit seruitus vsus ædium; quam habitationis, quamuis habitatio nec vsus, nec vsufructus sit, sed ius speciale, quod ædibus & edificijs destinatum est, quod tamen locari sicut vsusfructus potest.

Vsuarius & qui habitationem habet, tenetur reficere ædes quarum vsum & habitationem habet.

Et hæc de seruitutibus, vsu & habitatione, & de his modis quibus iure gentium res acquiruntur: de hereditatibus & obligationibus suo loco: sequitur vt videamus quibus modis legitimo, & ciuili iure acquiruntur, hæc Imperator.

Libellus ijsdem formis edendus vti in superioribus seruitutibus, deffensiones itidem, & iudicia.

DE USUCAPIONIBUS, ET longi temporis præscriptionibus.

VSUCAPIO, est acquisitio, vel adjectio dominij per continuationem temporis lege definiti. l. 3. ff. de vsuc.

Dicit autem modestinus adjectionem, quia prius necesse fuit habuisse titulum possidendi sine quo præscriptio sequi non potuit.

Vt itaque quis prescribat, oportet vt & bona fide, & ex iusta causa quam iustam esse credebat possideat: sine titulo & bona fide neque vsucapi neque præscribi potest.l. si quid emptionis. §. 1.C. de præscript. 30. vel 40. ann.

Dicitur autem vsucapio, non vsuscapio quia vsu & possessione res nostra fit, cuius vsum capere non dicimus, sed rem ipsam vsu & possessione capere. Vsucapio prius iure ciuili introducta fuit, deinde quoque subsecuta est præscriptio, quæ pro eodem sumitur, quamuis propriè præscriptio pro exceptione dicatur, vti ex titulo de diuersis, & temporalibus præscriptionibus. Is enim qui legitimo tempore iustè possedit, & cum bona fide, tutus est exceptione præscriptionis aduersus eum qui vindicatione, aut alia petitione rem ad se pertinere contendit.

Vsucapio & præscriptio ideo iure ciuili est introducta, ne in incerto semper essent rerum dominia. Cum enim re sua nemo inuitus, aut inscius priuari poterat, quinimò & vindicatio competebat: æquum visum est vt si ab eo quem Dominum esse credebat empta sit, aut comparata alio quouis iusto titulo, si tempore pręfinito possideret, nullus esset vero Domino locus vindicationi, si eo tempore passus est rem suam possideri.

Tempus autem in mobilibus eſt trium annorum, immobilium autem decem, inter præſentes, viginti inter abſentes. Præſentes autem dicuntur qui ſunt in eadem prouincia, abſentes qui extra prouinciam.

Si itaque is aduerſus quem vſucapitur, aut preſcribitur, in prouincia eſt in qua fundus eſt ſitus, decennio cum titulo & bona fide dominium eius acquiritur, ſi extra prouinciam vicennio.

Actiones autem perſonales & hypothecariæ triginta & quadraginta annorum ſpatio præſcribuntur hæ enim præſcriptiones: in omnibus pariunt poſſeſſori pleniſſimam ſecuritatem. l. fin. C. de preſcr. 30. vel 40. ann.

Et cecy eſt fort frequent en practique; car ſi quelqu'vn laiſſe de demander id quod ei ex mutuo, aut alia obligatione debetur, per triginta annorum ſpatium, ſi poſt id tempus agat, exceptione præſcriptionis ab actione repellitur in ipſo actionis limine.

Et l'Ordonnance veut que les cauſes qui ſe peuuent vuider par telles preſcriptions, que nous appellons fins de non receuoir (parce que les demandeurs décheuz par le laps de trente ans de leurs actions ne ſont receuables à leurs demandes) ſans entrer plus auant en cognoiſſance de cauſe, ſeront vuidées par leſdites fins de non receuoir.

Et en cecy celuy qui tutus eſt preſcriptionis exceptione,*oppoſe au demandeur fins de non receuoir; parce qu'il dira que par bons & legitimes tiltres il a tenu, ioüy & poſſedé par le temps & eſpace de dix, vingt, ou trente ans, le demandeur non contrediſant, & partant comme non receuable il eſt debouté.*

Et en ce cas le Iuge dit, Nous auons declaré le demandeur non receuable auec deſpens, ou ſans deſpens, comme il aduiſera.

Et c'eſt pourquoy l'exception eſt dite peremptoire, quia omnino perimit ius actoris.

Que ſi d'auenture les parties ne ſont d'accord en la poſſeßion, & qu'ils alleguent diſcontinuation & interruption, ou qu'elle a eſté violenté & clandeſtiné, & en temps de guerre, ou peſte, & durant vne abſence Reipubl. cauſa, *& pendant vne minorité non defenduë: Le Juge reſerue les fins de non receuoir* ad merita cauſæ: *& auant que d'y faire droict appointe les parties contraires en leurs faicts, & la preuue d'iceux: Et aprés les Enqueſtes rapportées, il iuge ſelon qu'il reſulte de la verité des preuues: où pour le demandeur s'il y a vice ou interruption en la poſſ ßion par les cauſes que deſſus: où par les fins de non receuoir, ſi le demandeur n'a rien verifié de ſes faicts.*

Et en ces preſcriptions l'on a accouſtumé ſe pouruoir à la Chancellerie par Lettres de reſtitution en entier,

bat, & laudat directus dominius.

Proprietas autem per se, & propriè consideratur, & sine vsu & vsufructu sumitur.

Sed qui proprietatem plenam habet, & vsumfructum habere dicitur: hic verè dominus est.

Quod si & sine onere canonis, & præstationis possideat, liberum possidere dicitur.

Liberum autem fundum esse, nisi constet seruitutem aut canonem impositum, aut censum recognitum: *Bref, s'il n'appert de recognoissance de cense & de laouds, le fonds est estimé & tenu pour franc & libre*, & is à quo possidetur vere dominus dicitur. Quo pacto autem seruitus hæc census annui imponatur, dicemus ad titulũ de iure emphyteutrio.

Possessio dicitur, vsus agri, fundi, ædificij, & rei immobilis, & quæ tangi & palpari potest, vti sunt omnes res corporales, incorporalium & iurium possessio non dicitur, quia tangi nequeunt, sed quasi possessio: vsus enim rerum incorporalium pro possessione habetur: *C'est en l'vn & l'autre la iouïssance; mais aux corporelles c'est la detention: Aussi est-il vray*, que dicitur possessio à pedum positione. l. 1. ff. de acqui. poss. in qua acquirenda, & animus acquirendi, & corpus acquiratur desideratur. l. 3. d. tit. & l. nemo C. eod. l. 1. §. adipiscimur. ff. de acq. poss.

Tot

Tot sunt species possessionis, quot sunt earum modi acquirendi, etsi vnum tantùm & per se sit genus possidendi. l. 3. §. fin. ff. eod.

Alia tamen possessio dicitur naturalis, alia ciuilis, alia bonæ fidei, alia malæ fidei.

Naturalis possessio est sola corporalis detentio quæ solo iure naturali sustinetur, à qua cæperunt rerum dominia, quo iure cauebatur vt quamcumque terram calcauerit pes tuus, tua sit: qui sine titulo possidet, naturaliter possidet, sed hæc possessio ius possidenti non tribuit.

Vsusfructuarius naturaliter possidet, & magis proprietario quam sibi possidere dicitur. Qui precario possidet, naturaliter quoque possidet, non sibi sed ei à quo precario possidet.

Ciuilis possessio ea dicitur quæ iure ciuili sustinetur, & ab eo iure vim capit quæ etiam legitima dici potest.

Cum autem possessio sit basis, & fundamentum vsucapionis, quia sine possessione esse non potest: constat omnium consensu necessariam esse vtramque possessionem & naturalem, & ciuilem ad vsucapionem & præscriptionem, idque sine interruptione.

Sed si interrumpitur naturalis, quod fit quando quis de possessione vi, aut alio modo deijcitur:

impeditur vſucapio, etſi non interrupta ſit ciuilis poſſeſſio. Quod ſi ciuilis per citationem in ius interrupta ſit manente naturali, interrumpitur tamen vſucapio.

Poſſeſſio bonæ fidei eſt, cum quis ſe credit dominum & legitimum poſſeſſorem, quales ſunt hi qui ab his quos dominos eſſe crediderunt rem poſſident: malæ fidei quando rem alienam ſcienter poſsident, & hi nullo tempore vſucapiunt.

Vſucapio enim vt ritè perficiatur requirit titulum, bonam fidem, & poſseſsionem continuam, & minimè interruptam tempore à lege ſtatuto. Requiritur etiam in vſucapione, vt qui poſsidet poſsidere poſsit, qui enim incapax poſſeſsionis eſt, incapax eſt & vſucapionis, & qui poſsidere poteſt vſucapere poteſt: ſed vtraque & ciuilis & naturalis deſideratur.

Tituli autem quibus poſſeſsio bona fide quæritur, & ex ea vſucapio ſequitur ſunt pro emptore, pro hærede, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro ſoluto, pro ſuo.

Qui ab eo emit quem dominum eſſe credebat, ſi diu poſſedit pro emptore poſſediſſe, & vſucepiſſe dicitur.

Si hæres inſtitutus ab eo quem inſtituendi ius habuiſſe credidit poſſideat, & vſuceperit, pro

hærede vsucepisse dicitur.

Item de cæteris, & is qui pro suo ad alios omnes titulos refertur quia qui emit pro suo, hoc est tanquam suam rem existimans possidens, vsucapit pro suo.

His præmissis, videamus ea quæ ex Iustiniano sequuntur, ex quo nonnullas res esse constat, quæ tametsi titulo & bona fide possessæ sint, tamen nullo temporis spatio præscribantur, & vsucapiantur quales sunt res sacræ, & religiosæ, liber homo, aut seruus fugitiuus.

Rerum sacrarum & religiosarũ dominium nec possessio acquiri potest, nec vsucapio quæ species acquisitionis est, hæc enim non sunt in commercio, nec etiam liber homo. Seruus fugitiuus ideo quia dominus eius, animo retinet possessionem donec ab alio ceperit possideri longo tempore. l. 3. §. si seruus ff. de acq. poss. inst. §. 1. hoc tit.

Rerum quoque furtiuarum vti nec possessio, ita nec vsucapio esse potest: adeo quidem vt vitium eius qui furto rem habuit, noceat ei qui ab eo emerit: fur nullo tempore præscribit, quia mala fides obstat, sed vitium rei obstat acquirenti ne præscribat, & qui sciens alienam rem vendit, furtum committit, adeo vt emptor tanquam rei furtiuæ non præscribat.

Cum autem furtum sine animo & affectu furandi non committatur, quando res aliena sine vitio furti ad alium transfertur, à possessore vsucapitur, veluti si res in hæreditate repertas quamuis alienas, hæres suas credens & hereditarias in alium trãsferat, veluti commodatas, depositas, aut locatas: possessor si diu possederit vsucapit, hoc est, tempore lege statuto, §. sed tamen. Et hæc de mobilibus, immobilium enim furtum esse non potest.

Atque ideo si is qui mala fide fundum possidet, alij bona fide acquirenti tradiderit, is cum titulum & bonam fidem habeat, si tempore statuto possideat citra interruptionem, vsucapit. §. quod autem.

Sed vitio purgato si res vi possessa ad dominum redeat, & ab eo causam habeas, vsucapere potes. §. aliquando.

Res fisci non vsucapiuntur, nisi antequam fisco adjudicatæ sunt tempore legitimo, titulo & bona fide sint possessæ. §. res fisci.

Vitia quæ sunt in re impediunt vsucapionem, nempe si furtiua aut vi possessa: quod si vitium absit, à bonæ fidei possessore vsucapi potest. §. nouissime.

Sed quod diximus titulum necessarium esse, ita verum est, vt si quis cum non emerit, emisse se existimans possideat, vsucapere non possit: quia er-

ror falſæ cauſæ vſucapionem non parit. Idem in donatione & alijs titulis. §.error.

Ad vſucapionem poſſeſsio defuncti qui in bona fide fuit, & ſine vitio poſsedit prodeſt & heredi, & bonorum poſſeſſori, licet heres rem alienam eſſe ſciuerit. Sed ſi defunctus initium poſſeſsionis iuſtum non habuit, heredi & bonorum poſſeſſori licet ignoranti, poſſeſsio non prodeſt.

Alioqui regula illa manet inconcuſſa, vt in vſucapionibus tempora authoris & poſſeſſoris continuentur. §.Diutiua. vti inter venditorem & emptorem, quorum tempora ad vſucapionem iungi poſſunt, & debent. §. inter eod.

Qui à fiſco emit, quadriennij preſcriptione aduerſus quoſcúmque tutus eſt: fiſcus etiam tutus eſt exceptione quadriennij, aduerſus eos qui aliquid ſibi deberi à fiſco exiſtimant ſi infrà id tempus non experiantur. §. fin. & tit. C. de quadrienn. præſcript. Fiſcus autem & ærarium Principis dicitur, *ce qui appartient au Prince.*

Vltimò notandum aduerſus Eccleſiam Romanam præſcribi, ſpatio centum annorum. Idem aduerſus Principem. Idem de recognitione cenſus.

Sed ea quæ recognita ſunt in ſignum vniuerſalis Dñij quod Principi debetur, nullo temporis ſpatio præſcribuntur. l. comp. C. de preſc. tri. aut quad. an.

DE DONATIONIBVS.

DONATIO à Iuliano definitur. l. 1. ff. de Donat. translatio rei suæ in alium ex mera munificentia, & liberalitate, ita vt statim accipientis fiat, & ad donantem non redeat. Et hæc propriè & verè donatio dicitur, cum ex solo donantis animo & munificentia proficiscitur. Aliæ donationes quæ causam aliquam habent, aut conditionem, propriè donationes non sunt, quia non stant in mero & simplici nomine liberalitatis & munificentiæ.

Donationum autem, aliæ inter viuos, aliæ mortis causa dicuntur.

Rursum & illæ quæ inter viuos fiunt, aliæ ob causam, aliæ sub conditione, aut modo.

Præterea quæ causam habent, habent aut finalem, aut impulsiuam.

Donatio inter viuos dicitur, quæ sine vlla mortis cogitatione fit, & non potest reuocari. D. l. 1. & hic inst. in Princ.

Pura, & simplex dicitur, quæ nullam causam, modum, aut conditionem habet.

Donatio ob causam dicitur, cui causa adjecta est, veluti matrimonij, aut dotis causa, propter

nuptias, ante nuptias, ſponſaliorum cauſa.

Ideo dicuntur ob cauſam; quia cauſa non ſecuta propter quam donatio facta eſt, condictioni & repetitioni locus eſt, nempe matrimonio non ſecundo, neque donatio eius contemplatione facta ſubſiſtit.

Quod in ſponſalitia largitate paulo diuerſum eſt: quia ſi per eum ſteterit qui donauit quominùs matrimonium effectum habeat, non repetit quod donatum eſt: ſi autem per eum qui accepit, reſtituit. l. cum veterum. C. de Donat. ant. Nupt. Et diximus ſuprà 1. lib. ad tit. de Nupt.

Donatio facta ſub conditione, ea deficiente donatio quoque deficit. Eſt autem ſub conditione ita concepta, ſi ea lege vt aliquid præſtetur, & fiat; quia niſi conditioni ſatisfiat, donatio ſubſiſtere non poteſt.

Donatio ſub modo dicitur, quando aliquid faciendũ eſt ab eo cui donatur; veluti do Titio centum vt hoc vel illud faciat, nempe vt tali nubat.

Et differt modus à conditione, quia in modo ſtatim poteſt peti quod donatum eſt præſtita cautione de faciendo. In conditione autem non datur actio ad rem donatam, niſi impleta prius conditione. Sed in vtróque ſi per eum cui modus & conditio imponitur non ſteterit quominus im-

aduersus vsucapionem, & præscriptionem. Causæ restitutionis sunt minoritas, metus, vis, dolus, reuerentia, patria potestas, aut mariti: quia non valenti agere non currit præscriptio, & aliæ causæ legitimæ quæ solent mouere principem ad concedendum, & impertiendum remedium restitutionis aduersus lapsum temporis & præscriptionem. Quod si hæc remedia deficiant, nec ius vsucapionis, & prescriptionis subuertatur, hoc remedio dominium iure ciuili acquiri potest, si titulum bona fides, & temporis definiti possessio sequatur.

Sed videndum quid Dominium, & quotuplex, quid à proprietate differat, quid possessio dicatur, & quotuplex.

Dominium ex Alc. in l. traditionibus C. de pact. definitur ius de re corporali perfecte salua legum prohibitione disponendi. Quod de incorporali quoque dicendum, vt quisque eius rei siue corporalis siue incorporalis, cuius dominium habeat legibus comprobatum liberè, & perfectè disponere possit.

Dicitur etiam dominium, potestas & facultas quæ nobis in aliqua re competit. Sic potestas dominorum in seruos, dominium dicitur, vnde etiam dominica potestas.

Cum enim serui possint iure vendi, in dominio esse dicuntur eorum quorum potestati subditi sunt.

Dominium autem est directum, aut vtile.

Directum illud est quod quodammodo, & verè nudæ proprietati adhæret ex qua aliquid annuum consequitur.

Vtile autem quod fructibus incumbit maximè, ex quibus aliquid annuum directo domino præstat. Adeo vt directum dominium non omnino ab vsufructu separatum sit, quia aliquid ex fructibus consequitur.

Et cecy est ce que nous appellons les Seigneurs directs, & Seigneurs emphyteotiques; car celuy qui tient la piece de la directe d'vn autre, est Seigneur emphyteotique & vtile, quia incumbit possessioni rei, & eius fructus percipit, *desquels il paye cense annuelle au Seigneur direct, duquel il tient la proprieté.*

Sed Dominium in genere, ius est & facultas de re sua libere disponendi.

Emphiteota, non verè dicitur dominus: quia citra voluntatem & approbationem Domini directi alienare non potest. Directus autem Dominus si alienationem approbauerit, partem pretij consequitur, de quo suo loco dicemus: *Et ce sont les droicts de laouds deubs* quòd alienationem pro-

bat, & laudat directus dominius.

Proprietas autem per se, & propriè consideratur, & sine vsu & vsufructu sumitur.

Sed qui proprietatem plenam habet, & vsumfructum habere dicitur: hic verè dominus est.

Quod si & sine onere canonis, & præstationis possideat, liberum possidere dicitur.

Liberum autem fundum esse, nisi constet seruitutem aut canonem impositum, aut censum recognitum: *Bref, s'il n'appert de recognoissance de cense & de laouds, le fonds est estimé & tenu pour franc & libre*, & is à quo possidetur vere dominus dicitur. Quo pacto autem seruitus hæc census annui imponatur, dicemus ad titulū de iure emphyteutrio.

Possessio dicitur, vsus agri, fundi, ædifficij, & rei immobilis, & quæ tangi & palpari potest, vti sunt omnes res corporales, incorporalium & iurium possessio non dicitur, quia tangi nequeunt, sed quasi possessio: vsus enim rerum incorporalium pro possessione habetur: *C'est en l'vn & l'autre la iouïssance; mais aux corporelles c'est la detention: Aussi est-il vray*, que dicitur possessio à pedum positione. l. 1. ff. de acqui. poss. in qua acquirenda, & animus acquirendi, & corpus acquiratur desideratur. l. 3. d. tit. & l. nemo C. eod. l. 1. §. adipiscimur. ff. de acq. poss.

Tot

Tot sunt species possessionis, quot sunt earum modi acquirendi, etsi vnum tantùm & per se sit genus possidendi. l. 3. §. fin. ff. eod.

Alia tamen possessio dicitur naturalis, alia ciuilis, alia bonæ fidei, alia malæ fidei.

Naturalis possessio est sola corporalis detentio quæ solo iure naturali sustinetur, à qua cæperunt rerum dominia, quo iure cauebatur vt quamcumque terram calcauerit pes tuus, tua sit: qui sine titulo possidet, naturaliter possidet, sed hæc possessio ius possidenti non tribuit.

Vsusfructuarius naturaliter possidet, & magis proprietario quam sibi possidere dicitur. Qui precario possidet, naturaliter quoque possidet, non sibi sed ei à quo precario possidet.

Ciuilis possessio ea dicitur quæ iure ciuili sustinetur, & ab eo iure vim capit quæ etiam legitima dici potest.

Cum autem possessio sit basis, & fundamentum vsucapionis, quia sine possessione esse non potest: constat omnium consensu necessariam esse vtramque possessionem & naturalem, & ciuilem ad vsucapionem & præscriptionem, idque sine interruptione.

Sed si interrumpitur naturalis, quod fit quando quis de possessione vi, aut alio modo deijcitur:

impeditur vſucapio, etſi non interrupta ſit ciuilis poſſeſſio. Quod ſi ciuilis per citationem in ius interrupta ſit manente naturali, interrumpitur tamen vſucapio.

Poſſeſſio bonæ fidei eſt, cum quis ſe credit dominum & legitimum poſſeſſorem, quales ſunt hi qui ab his quos dominos eſſe crediderunt rem poſſident: malæ fidei quando rem alienam ſcienter poſsident, & hi nullo tempore vſucapiunt.

Vſucapio enim vt ritè perficiatur requirit titulum, bonam fidem, & poſseſsionem continuam, & minimè interruptam tempore à lege ſtatuto. Requiritur etiam in vſucapione, vt qui poſsidet poſsidere poſsit, qui enim incapax poſſeſsionis eſt, incapax eſt & vſucapionis, & qui poſsidere poteſt vſucapere poteſt: ſed vtraque & ciuilis & naturalis deſideratur.

Tituli autem quibus poſſeſsio bona fide quæritur, & ex ea vſucapio ſequitur ſunt pro emptore, pro hærede, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro ſoluto, pro ſuo.

Qui ab eo emit quem dominum eſſe credebat, ſi diu poſſedit pro emptore poſſediſſe, & vſucepiſſe dicitur.

Si hæres inſtitutus ab eo quem inſtituendi ius habuiſſe credidit poſſideat, & vſuceperit, pro

hærede vsucepisse dicitur.

Item de cæteris, & is qui pro suo ad alios omnes titulos refertur quia qui emit pro suo, hoc est tanquam suam rem existimans possidens, vsucapit pro suo.

His præmissis, videamus ea quæ ex Iustiniano sequuntur, ex quo nonnullas res esse constat, quæ tametsi titulo & bona fide possessæ sint, tamen nullo temporis spatio præscribantur, & vsucapiantur quales sunt res sacræ, & religiosæ, liber homo, aut seruus fugitiuus.

Rerum sacrarum & religiosarũ dominium nec possessio acquiri potest, nec vsucapio quæ species acquisitionis est, hæc enim non sunt in commercio, nec etiam liber homo. Seruus fugitiuus ideo quia dominus eius, animo retinet possessionem donec ab alio ceperit possideri longo tempore. l. 3. §. si seruus ff. de acq. poss. inst. §. 1. hoc tit.

Rerum quoque furtiuarum vti nec possessio, ita nec vsucapio esse potest: adeo quidem vt vitium eius qui furto rem habuit, noceat ei qui ab eo emerit: fur nullo tempore præscribit, quia mala fides obstat, sed vitium rei obstat acquirenti ne præscribat, & qui sciens alienam rem vendit, furtum committit, adeo vt emptor tanquam rei furtiuæ non præscribat.

Cum autem furtum sine animo & affectu furandi non committatur, quando res aliena sine vitio furti ad alium transfertur, à possessore vsucapitur, veluti si res in hæreditate repertas quamuis alienas, hæres suas credens & hereditarias in alium trāsferat, veluti commodatas, depositas, aut locatas: possessor si diu possederit vsucapit, hoc est, tempore lege statuto, §. sed tamen. Et hæc de mobilibus, immobilium enim furtum esse non potest.

Atque ideo si is qui mala fide fundum possidet, alij bona fide acquirenti tradiderit, is cum titulum & bonam fidem habeat, si tempore statuto possideat citra interruptionem, vsucapit. §. quod autem.

Sed vitio purgato si res vi possessa ad dominum redeat, & ab eo causam habeas, vsucapere potes. §. aliquando.

Res fisci non vsucapiuntur, nisi antequam fisco adjudicatæ sunt tempore legitimo, titulo & bona fide sint possessæ. §. res fisci.

Vitia quæ sunt in re impediunt vsucapionem, nempe si furtiua aut vi possessa: quod si vitium absit, à bonæ fidei possessore vsucapi potest. §. nouissime.

Sed quod diximus titulum necessarium esse, ita verum est, vt si quis cum non emerit, emisse se existimans possideat, vsucapere non possit: quia err-

ror falsæ causæ vsucapionem non parit. Idem in donatione & alijs titulis. §.error.

Ad vsucapionem possesio defuncti qui in bona fide fuit, & sine vitio possedit prodest & heredi, & bonorum possessori, licet heres rem alienam esse sciuerit. Sed si defunctus initium possesionis iustum non habuit, heredi & bonorum possessori licet ignoranti, possesio non prodest.

Alioqui regula illa manet inconcussa, vt in vsucapionibus tempora authoris & possessoris continuentur. §.Diutiua. vti inter venditorem & emptorem, quorum tempora ad vsucapionem iungi possunt, & debent. §. inter eod.

Qui à fisco emit, quadriennij prescriptione aduersus quoscúmque tutus est: fiscus etiam tutus est exceptione quadriennij, aduersus eos qui aliquid sibi deberi à fisco existimant si infrà id tempus non experiantur. §. fin. & tit. C. de quadrienn. præscript. Fiscus autem & ærarium Principis dicitur, *ce qui appartient au Prince*.

Vltimò notandum aduersus Ecclesiam Romanam præscribi, spatio centum annorum. Idem aduersus Principem. Idem de recognitione census.

Sed ea quæ recognita sunt in signum vniuersalis Dñij quod Principi debetur, nullo temporis spátio præscribuntur. l. comp. C. de presc. tri. aut quad. an.

DE DONATIONIBVS.

DONATIO à Iuliano definitur. l. 1. ff. de Donat. translatio rei suæ in alium ex mera munificentia, & liberalitate, ita vt statim accipientis fiat, & ad donantem non redeat. Et hæc propriè & verè donatio dicitur, cum ex solo donantis animo & munificentia proficiscitur. Aliæ donationes quæ causam aliquam habent, aut conditionem, propriè donationes non sunt, quia non stant in mero & simplici nomine liberalitatis & munificentiæ.

Donationum autem, aliæ inter viuos, aliæ mortis causa dicuntur.

Rursum & illæ quæ inter viuos fiunt, aliæ ob causam, aliæ sub conditione, aut modo.

Præterea quæ causam habent, habent aut finalem, aut impulsiuam.

Donatio inter viuos dicitur, quæ sine vlla mortis cogitatione fit, & non potest reuocari. D. l. 1. & hic inst. in Princ.

Pura, & simplex dicitur, quæ nullam causam, modum, aut conditionem habet.

Donatio ob causam dicitur, cui causa adjecta est, veluti matrimonij, aut dotis causa, propter

nuptias, ante nuptias, ſponſaliorum cauſa.

Ideo dicuntur ob cauſam; quia cauſa non ſecuta propter quam donatio facta eſt, condictioni & repetitioni locus eſt, nempe matrimonio non ſecundo, neque donatio eius contemplatione facta ſubſiſtit.

Quod in ſponſalitia largitate paulo diuerſum eſt: quia ſi per eum ſteterit qui donauit quominùs matrimonium effectum habeat, non repetit quod donatum eſt: ſi autem per eum qui accepit, reſtituit. l. cum veterum. C. de Donat. ant. Nupt. Et diximus ſuprà 1. lib. ad tit. de Nupt.

Donatio facta ſub conditione, ea deficiente donatio quoque deficit. Eſt autem ſub conditione ita concepta, ſi ea lege vt aliquid præſtetur, & fiat; quia niſi conditioni ſatisfiat, donatio ſubſiſtere non poteſt.

Donatio ſub modo dicitur, quando aliquid faciendũ eſt ab eo cui donatur; veluti do Titio centum vt hoc vel illud faciat, nempe vt tali nubat.

Et differt modus à conditione, quia in modo ſtatim poteſt peti quod donatum eſt præſtita cautione de faciendo. In conditione autem non datur actio ad rem donatam, niſi impleta prius conditione. Sed in vtróque ſi per eum cui modus & conditio imponitur non ſteterit quominus im-

pleat,donatum consequetur. l.1. C.de his quæ sub modo.

Distinguntur facile causa, modus, & conditio his vocibus. Dictio (quia) notat causam, veluti cum dicitur, *Et pource que ce mariage est agreable à vn tel, il donne de dotte, ou autre chose à cause de mariage.* Dictiones si, & cum, conditionem inducunt: veluti do centum si, aut cum nauis ex Asia venerit, *& en françois, lors & quand & à la charge, ces mots sont conditionnels.* Dictio vt, facit modum nempe si datum sit vt nubat, aut studeat, *& en françois pour se marier, estudier, le mettre de mestier*, denique vti iam dixi vt aliquid faciat.

Causarum autem quædam finales, quædam impulsiuæ sunt.

Causa finalis est, propter quam, & cuius intuitu donatio fit: veluti cum dos datur aut alia donatio fit matrimonij causa, matrimonium est causa finalis donationis, vt si non sequatur matrimonium, donatio locum non habeat. Denique ideo finalis dicitur, quia alioquin donaturus non erat, & quæ causam dedit donationi, & propriè de futuro concipitur.

Impulsiua est ea qua mouemur ad dandum propter causam de præterito, aut propter præcedentia benè merita.

Sed

Sed finalis dicitur cum alioqui non erat donaturus: impulsiua si etiam donaturus esset, vt cum pater donat filiæ matrimonij causa, cum alioqui daturus esset, cum eius officium sit dotare filias. Impulsiua dicitur, nec minus peti potest etsi matrimonium non sequatur, quia loco legitimæ succedit, quæ nec modum, nec conditionem admittit.

Donatio autem mortis causa dicitur, quæ sola mortis cogitatione fit, & suspicione: ita vt si moriatur donans, donatarius habeat, si conualescat & pœniteat, aut reuocet infirmetur, morte enim confirmatur cum mortis causa, & eius instante suspicione fiat, hîc & l.2.3.4.5. & 6. ff. de don. caus. mort.

Sed cum ita fit ne reuocetur, magis accedit ad naturam donationis inter viuos, quam mortis causa: sed vt subsistat numerus testium efficit: quia si mortis mentio fit, & irreuocabiliter donatio facta sit coram duobus testibus, donatio inter viuos est: si autem quinque testes adhibiti qui in donatione mortis causa desiderantur, vt mortis causa valet, vt actus potius valeat & quàm pereat vti mox dicemus, maximè si insinuatio aut forma Statuti Delphinalis deficiat.

Donatio omnis inter viuos insinuationem de-

ſiderat, niſi quæ dotis, aut eius augmenti cauſa facta eſt.

Inſinuatio autem fit, vt apud acta iudicis regij publicetur, *l'on conſtituë Procureurs au contract pour rapporter au Iuge Royal la donnation, & la faire enregiſtrer en ſon Greffe, à fin que les Creanciers voyent ſi celuy auec lequel ils contractent eſt ſoluable.*

Deficiente inſinuatione donatio nulla eſt, quia forma quæ dat eſſe rei deeſt. *Par le Statut Delphinal il eſt requis vne autre forme: Car il faut que par deuant le Iuge, les parens aſſemblez, ou trois des voiſins en deffaut des parens, la donation ſoit faicte, autrement l'acte eſt nul.*

De la forme du Statut ſont exceptées les donations, quæ futuri matrimonij cauſa, aut emancipationis fiunt.

Les donations entre vifz ont aſſez de deux teſmoins.

Les donations à cauſe de mort en requierent cinq comme les codiciles, parce que ſpecies eſt vltimæ voluntatis.

Que s'il y a cinq teſmoins, & eſt dit que cauſa mortis, & irreuocabiliter fit, deficiente inſinuatione: quia tamquam inter viuos valere non poteſt, in vim donationis mortis cauſa ſuſtinetur, vt actus potius valeat quàm pereat.

Quod ſi mortis fit mentio, & duo tantùm ſunt teſtes, & irreuocabiliter facta ſit, in vim donationis inter viuos ſuſtinetur, ſi inſinuata ſit, & ſtatutum obſeruatum, vt actus ſuſtineatur eo modo quo melius valere poteſt.

Conſequens eſt vt videamus quis donare, quibus, & quæ res donari poſſint: Poſtremò quibus modis donationes ritè factæ reuocentur.

Donare poſſunt omnes qui rerum ſuarum domini, moderatores, mentis compotes, & quibus non eſt interdictum. Qui enim dominus non eſt plus iuris transferre non poteſt, quàm ipſe habeat.

Filiusfamilias qui in poteſtate patris eſt, donare niſi patre conſentiente non poteſt. l. 1. & 2. ff. de donat. quamuis etiam habeat peculij adminiſtrationem; quia ita conceſſa videtur ne perdat. l. filiusfamilias. ff. eodem. cùm donare ſit perdere. Itaque interueniat oportet conſenſus patris, quo interueniente, pater ipſe donare videtur. l. in ædibus. §. 2. ff. dict. tit. De caſtrenſi tamen peculio, & quaſi caſtrenſi diſponere poteſt: quia in eo pro patre familias habetur, vti diximus primo libro.

Reus criminis leſæ Majeſtatis donare non poteſt. l. poſt contractum capitale crimen. ff. de don.

Donatio inter virum & vxorem conſtante matrimonio facta non valet, ne mutuo amore ſe

ſpolient facultatibus. l. penult. C. de don. int. vir. & vx.

Donationes vniuerſales contra bonos mores ſunt,quia adimitur teſtamenti factio,cùm vniuerſo patrimonio exhauſto , hæredes habere nequeant : ſed ſuſtinentur aliquo retento ad teſtandum, in quo hæredem donator habere poſſit. Doctores ad l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.& l. fin. C. de pact.

Donare ſimpliciter filiofamilias pater non poteſt,quia ſibi ipſi donare videretur : poteſt tamen ob cauſam , ob remunerationem , emancipationem & matrimonium donare:& quæ alioqui non valeret, morte confirmatur. l. cum oportet. §. ſin autem. C. de bon. quæ liberis.

Donationes ritè factæ deficiente cauſa reuocantur, & ob ſuperuenientiam liberorum,nempè ſi poſteà liberi nati ſint.l. ſi vnquam.C. de reuoc. don.

Reuocantur omnes donationes factæ aut ſub conditione , aut ob cauſam , deficiente cauſa aut conditione , condictione , cauſa dati cauſa non ſequuta. ff.de condit. cauſ. dat.

Aliæ etiam cauſæ ſunt quibus donationes reuocantur , nempe ingratitudinis , iniuriarum, etſi non pareatur legibus donationi dictis & appoſi-

tis. gloss. ad §. sciendum hoc tit.

Quod diximus donationes inter virum & vxorem prohibitas constante matrimonio. Id verum est, nisi dos ipsa constituatur, quæ etiam perfecto matrimonio constitui potest: atque ideo receptum est vt augeatur, & donatio vtrimque si fiat inter coniuges quæ propter nuptias dicitur, etsi post nuptias facta sit. §. est & aliud genus hoc tit.

Si vnus ex dominis communi seruo libertatem donatione contulit, libertatem consequitur: sed alter ex dominis à domino partem pretij serui consequitur, & inuitus cogitur stare manumissioni & partis suæ pretium consequi, idque fauore libertatis.

Celuy donc qui demande dira, Je suis fondé d'vne donation receuë par Notaire d'vn tel iour, ie demande la vuidange des choses donnees.

Le Deffendeur dira, La donation n'est vallable: car elle n'est signée, il n'y a nombre de tesmoins, il n'a esté satisfaict aux conditions, ou elles ne sont aduenuës, les causes ne s'en sont ensuiuies, celuy qui a donné n'estoit Seigneur des pieces, elle estoit vniuerselle, reprouuee, il a depuis eu des enfans, elle n'est insinuee, le Statut n'y est obserué, & autres semblables que dessus. Si c'est à cause de mort, dira, qu'il n'y a cinq tesmoins, qu'elle est reuo-

quee par acte posterieur. Le demandeur repliquera & rabattra ces exceptions par faicts contraires, & faut noter qu'en donations il faut que le donataire accepte, ou le Notaire pour luy, qu'est vne autre opposition que l'on peut faire.

QVIBVS ALIENARE LICET, vel non.

HOC titulo Imperator tres notat casus, in quibus est interdicta alienatio possidenti. Primus est in fundo dotali, secundus in pignore, tertius in pupillo qui alienare non potest.

De fundo dotali titulus habetur ff. de fund. dot. non alien. quamuis enim dos marito detur ad sustinenda onera matrimonij, & eius dominus sit, eique actiones & in eum dentur. l. doce ancillam. ff. de iur. dot. tamen patrimonium mulieris dicitur, quod ita conseruari placuit, ne temeraria dotis alienatione soluto matrimonio indotatæ essent. l. 1. ff. solut. matrimon. vt ne quidem volente & consentiente muliere alienari possit. Quod ita demum verum est, si dos in rebus soli immobilibus non æstimatis consistat: tunc immobilibus in dotem, & sine æstimatione datis, dos in-

alienabilis eſt ſiue in Prouincia, ſiue in Italia ſita ſit, & hodie apud omnes qui iure ſcripto reguntur id obſeruatur. Quod ſi dos æſtimata eſt, cùm æſtimatio venditionem faciat, maritus tanquam emptor ad æſtimationem tantùm obligatur, & bona in dotem æſtimata data, alienare poteſt: niſi æſtimatio demonſtrationis cauſa magis vt valor habeatur, quàm vt venditionem faciat, & periculum in maritum transferat. l. quoties. C. de iur. dot. & l. ſi inter virum eodem. & d. tit. de fund. dot. l. 1. Quod ſi fortè maritus vxore conſentiente, aut vxor marito authoritatem & conſenſum præſtante, alienauerit, cùm alienatio nequidem iuramento firmetur, nec de euictione teneantur, vendicare poterunt. Panor. & Feli. in C. cùm contingat extr. de iur. iur. & eſt exceptio ad regulam iuris, quem tenet de euictione actio, eundem agentem repellit exceptio. Iuramentum autem, ne ſit iniquitatis vinculum reducitur ad naturam contractus, vt ſi contractus non teneat, iuramento non ſuſtineatur: petita tamen ab Epiſcopo diſpenſatione. Eſt enim quod ſibi imputent emptores, qui cautiùs nòn ſunt negotiati, & contra legum præcepta mercati ſunt, cum lege expreſsè vetante fundum dotalem inæſtimatum emerint. Et vti alienari non poteſt, ita nec præſcribi, cùm

præſcriptio ſit ſpecies alienationis vti diximus. Sed ſi præſcriptio adimpleta eſt tempore quo matrimonium ſtetit, datur reſtitutio mulieri, aut eius hæredibus: quia quandiu in poteſtate verè fuit, agere non potuit, & non valenti agere non currit præſcriptio.

Quamuis dos æſtimata alienari poſſit, quia eius dominium per æſtimationem in maritum tranſlatum eſt: tamen ſi maritus ſoluendo non ſit, ſalua ſunt iura hypothecarum mulieri, vt & actio ad fundum dotalem vendicandum competat eo caſu quo reſtitutioni dotis locus eſt, ſi conſtabit maritum lapſum facultatibus, & factum eſſe vti dictum eſt non ſoluendo. Quod doceat mulier neceſſe eſt, antequam agat aduerſus tertios dotis ſuæ poſſeſſores, aut priuſquam vacuam dimittant poſſeſſionem, *c'eſt à dire, deuant qu'ils vuident & laiſſent la poſſeſſion, il faut faire diſcution des facultez du mary, ce que ſe peut faire auant qu'agir, ou pendant le plaid, ce que dit Monſieur Guy* Pa[illegible]. In quacumque parte litis diſcuſſio fieri poteſt.

Idem dicendum ſi mulier renuntiauit hypothecis dotalibus quas in bonis mariti habet, quæ iiſdem iuribus conſeruantur mulieri.

§. Pi-

§.CONTRA AVTEM CREDITOR.

PIGNVS à pugno dictum,quod res traderetur ad ſecuritatem promiſſorum atque ideo propriè rerum mobilium, ſed poſtea placuit prudentibus etiam immobilium conſtitui poſſe. l. plebs §.pignus ff.de verb.ſigni. l. ſi rem alienam §. non tantum verſ.propriè ff.de pig.act.

Quamuis propriè hypotheca ſit immobilium quæ non traduntur, & mobilium etiam quæ traduntur. §. item ſeruiana §. inter pignus infra de act.ita meo quidem iudicio ſi immobilia aut mobilia traduntur, pignus dici poteſt: ſed inter pignus, & hypothecam quantum ad actionem nihil intereſt.d.§.inter pignus, de quo dicemus infra ſuis locis.

Creditor autẽ qui incumbit poſſeſſioni pignoris id alienare non poteſt niſi duobus caſibus, ex conuentione aut lege permittente. Vi conuentionis, ſi ita conuenit, vt ſi pecunia certo tempore non ſoluatur, liceat creditori pignus vendere, quod fit voluntate debitoris.

Quod ſi non conuenerit, lege id fieri poteſt, qua cautum eſt vt denuntiatione facta debitori vt pignus redimat, ſi intra biennium non fecerit, creditor impetrabit ius dominij.C.de iu. dom.im-

petr.l.fin. & licebit creditori pignus vendere ad formam d. l.fin.

Illud autem notandum est in pignore, conuentionem illam prohibitam vt pro eo pretio quod mutuo datum est, si dicta die non soluatur, pignus pro eodem prætio sit credori emptũ, & quæsitum. tit. de leg. commissoria quæ reprobatur in pignore: sed ita validatur si conuenerit, vt pro eo prætio aut alias secundum legitimam rei æstimationem pignus venditum sit. *C'est ainsi quand vn fonds est obligé, & à faute de payement dans le temps de l'obligation, dés l'heure mesme il est vendu au crediteur pour la mesme somme, ou pour autre legitime, selon l'estimation qu'en sera faicte. Voila le remede pour empescher le vice*, legis commissoriæ in pignore; *Nous en parlerons ailleurs plus amplement.*

§. NVNC ADMONENDI sumus, & sequentibus.

Pupillus quicquid videt ignorat, nec velle aut nolle habet: atque ideo cum propter ætatem se tueri non possit, factum est vt sub tutoribus agerent, & defenderentur pupilli, sine quorum authoritate alienare nequeunt, maximè res soli, nisi certis & statutis formis de quibus aliquando dicemus, opportet enim quædam solemnia intérueni-

re,& causæ cognitio necessaria est. l. magis puto §.non passim de reb.eorum.

Mutuam pecuniam non facit accipientis si dederit sine tutore,sed condici, aut repeti potest abeo qui accepit, quia contractus nullus est initus cum eo qui contrahendi ius non habuit.

Ita etiam si debitor pupillo pecuniam creditam sine tutore soluerit, cum perdituro soluerit non liberatur nisi aut adhuc penes pupillum sit, aut ex ea sit pupillus locupletior factus: eo enim casu si iterum ageret pupillus exceptione doli remoueretur,ne bis idem exigatur quod bona fides non patitur. Quod si solutio facta est pupillo, & tutori iubente iudice, debitor plenissimam liberationem consequitur.

Et quemadmodum rectè pupillo sine tutoris authoritate non soluitur, ita nec pupillus rectè creditori soluit, nisi tutore authore soluat quia nullius rei administrationem habet,nec pecuniam eius facit cui tradit.Hæc enim ætas vti innumeris captionibus obnoxia est: ita & innumeris remediis & authoritatibus iuris constat esse consultum.

Les formes des actions en ces trois cas ne se doiuent traicter en ce tiltre,ny celle de la discution.

PER QVAS PERSONAS *nobis acquiritur.*

NON ſolum nobis per noſmetipſos acquirere rerum dominia poſſumus, ſed etiam per alios,& ſine facto noſtro, qui enumerantur hoc titulo ab Imperatore. Et primo conſtat iure quidem veteri filiosfamilias qui in poteſtate erant patris quicquid acquirebant, patri quæſitum eſſe(exceptis caſtrenſibus peculiis)adeo quidem vt liberum eſſet parenti pro arbitrio diſponere.Sed poſtea æquum viſum fuit Imperatori, vt eorum quæ à patre profecta eſſent ad eum quidem redirent: ſed quæ aliundè filius quæſiuerat vſusfructus tantum patri quæſitus eſſet, proprietate filio remanente.

Id quod à patre profectum eſt, aut patris contemplatione filio datum & relictum, peculium profectitium dicitur. Quod aliundè quæſitum dicitur aduentitium. Quod in caſtris & militia armata caſtrenſe. Quod ex militia togata comparatur quaſi caſtrenſe vti ſuperiore libro diximus. Et horum caſtrenſis nempe & quaſi caſtrenſis peculij filius planè, & inſolidum dominus eſt, & pro patre familias habetur, ita vt liberè & pro ar-

bitrio diſponere poſſit.

Id quod ita verum eſt, vt tametſi filij familias teſtari non poſſint quandiu ſunt in poteſtate patris,tamen de caſtrenſibus aut quaſi caſtrenſibus peculijs ritè, & rectè teſtari poſſunt. Sed de aduentitijs non teſtantur: donare mortis cauſa patre permittente poſſunt vti dicemus ad tit. qui teſtam. facere poſſ. aliter non poſſunt diſponere, ne deterior fiat cauſa vſusfructus.

Profectitiorum autem cum & proprietas, & vſufructus ad patrem pertineat, nullo pacto filius diſponere poteſt.Et quod de liberis dictum eſt,intelligit Imperator de liberis cuiuſuis ſexus, ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint, vt quicquid acquirant patri acquiratur modis & limitationibus præmiſſis.l.4.ff.de acq.poſſ.Quod ſi pater filium emancipauerit,poterit eorum in quibus vſumfructum habet medietatem retinere loco tertiæ partis proprietatis. Sed hodie parentes emancipando ſolent in premium emancipationis aliquid donare liberis emãcipatis, vt videmus in Statuto Delphinali.

Serui etiam cum & ipſi poſſideantur, quicquid acquirunt. ex quocunque titulo dominis acquirunt, quia nihil ſibi habere poſſunt,adeò vt dominis poſſideant & vſucapiant non ſibi. Quod autum dominis acquirant etiam inuitis, textus eſt

in l.etiam inuitis ff. de acq. rer.dom.& in l.acquiruntur eod. nisi in hæreditate seruo delata, quam nisi iussu domini adire non potest. hic Imperator

Caius in d.l.acquiruntur ff.eodem.

& Seruus autem in quo vsumfructum habemus nobis acquirit ex rebus nostris, aut ex eius operis cum opera sint in fructu vti supra diximus. Sed si aliundè ex legato, hæreditate, aut donatione, id ad dominum proprietatis serui pertinet. §. de his. Idem quoque dicendum de libero homine, aut seruo alieno bona fide possesso, quia ex re possessoris, aut ex suis operis quicquid acquirunt, possessori acquirunt. Sed si aliundè aliquid obueniat, proprietas pertinet ad eum qui liber est, aut ad dominum serui: nisi tanto tempore seruus sit possessus bona fide, vt possessoris factus sit. Sed fructuarius vsucapere non potest; quia seruum scit alienum, & sibi non possidet, sed domino proprietatis vti diximus. ad tit. de vsucap.

Sed per eos quos liberos esse scimus, aut per seruos quos alienos esse non ignoramus, nihil acquirere possumus: quia obstat mala fides.

Per procuratorem tamen etiam si liber sit, nobis acquiri posse indubitati iuris est, vt hic not. Imper. & in l.per procuratorē C.de acq.& retin.poss. *C'est quand l'on faict vn Procureur pour achepter, louër, &*

faire quelque chose pour nous, ce qu'il faict nous est acquis.

Et hactenus de modis quibus res singulæ nobis acquiruntur. Legatis etiam & fideicommissis particularibus acquiri possunt, sed de his Imperator dicturus in successione testamentaria, & hæreditaria quæ dicitur acquisitio per vniuersitatem.

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

TESTAMENTVM.ex Vlp.in l.1.de testam. est voluntatis nostræ iusta sententia de eo quod quis post mortem suam fieri voluit.

Testamentorum iustè factorum tanta est authoritas,vt & pro lege habeantur iuxta illud vulgatum iuris pronuntiatum, disponat testator & lex erit. Id quod etiam lege xij. tabularum constat his verbis, vti pater familias super pecunia tutelâve sua legassit ita ius esto.

Quorum stilus liber esse debet l. 1.C.de sacros. Eccl. his verbis, nihil est quod magis hominibus debeatur,quam vt supremæ voluntatis(postquam iam aliud velle non possunt) liber sit stylus, & licitum quod iterum non redit arbitrium.

Vnde interdicta proponuntur ne quis alium testari aut cogat, aut prohibeat: cum coacta voluntas pro voluntate non habeatur.

Ideò autem testamentum dictum quod mentis nostræ, & voluntatis testimonium & fidem præbeat, quasi testatio mentis sit.

Testamentorum olim variæ fuerunt species, quia si in pace, fiebant aut calatis, & conuocatis comitijs, hoc est coram populo ad hoc conuocato, aut per æs & libram, hoc est per emancipationem, & hæreditatis imaginariam venditionem, vt is qui hæres desinabatur quodammodo familiæ emptor fieret, & dicebatur: idque fiebat coram quinque testibus & libripende, adhibito ære & pondere. Tunc enim nondum inuenta forma numismatis, sed aut æris pondere cuncta mercabantur, aut permutatione commercia fiebant, donec forma pecuniæ data est.

Huius modi formulæ à ciuili iure ortæ; paulatim in desuetudinem abierunt: Primò enim sublata est autoritate prætorum emancipationis, & venditionis familiæ formula, & septem testes adhiberi cœperunt, quorum & signa desiderabantur.

Sed hodie in pace & otio, duo tantum genera testamentorum proponuntur, alterum solemne, quod

quod & inscriptis dicitur, alterum nuncupatiuum.

Solemne dicitur in quo scriptura desideratur, & est de substantia testaméti, cui septem testes adhibentur qui subscribunt & subsignant tabulas testamenti, hoc primum. Deindè oportet hęredem aut à testatore scribi, aut ab vno testium. Tertiò nec reffert vt testes suo annulo, aut alieno signét. Quartò non est necesse voluntatem suam testator testibus manifestam faciat.

Voicy la forme, le testateur écrit, ou faict écrire son testament, & fait luy-mesme, ou faict mettre à l'vn des tesmoins le nom de l'heritier, & aprés le plie & cachete, & aprés l'auoir bien clos, il prend vn notaire, & sept tesmoins, & fait écrire sur le dos de ladite escriture (comme il declare en presence des sept tesmoins & du notaire) que sa derniere volonté est là enclose, par laquelle il a fait son heritier celuy qui y est nommé, & les a prié & requis d'en estre tesmoins, & de souscrire & signer. Aprés le notaire faict signer le testateur & les tesmoins nommez, l'vn aprés l'autre, lesquels y mettent leur sceaux & cachets diuers, où ils se peuuent seruir du cachet l'vn de l'autre, c'est ce que dit l'Empereur eodem annulo. *Le notaire se signe aprés, le testateur met aussi son cachet, & ils ont accoustumé de bailler en garde tels testamens à quelque amy, ou à quelque Conuent de Religion sans le manifester iusques aprés le decez du testa-*

teur: cette forme est décrite in l. hac consultissima C. de testamen. & in auth. & non obseruato eod. tit.

Qui priuati sunt vtroque lumine oculorum testantur per nuncupationem, quia palam dicunt & nominant hæredem, & ea de quibus disponunt, sed ea tamen forma quod pertinet ad numerum, subscriptionem, & subsignationem testium, quæ infra descripta est: necesse est enim vt subscribant & subsignent cum tabulario. l. hac consultissima C. qui test. fac. poss. *Il est vray que cette Cour a iugé pour Messieurs les Flehards, contre Monsieur Conton, au Testament de Monsieur de S. Marcel, pour la validité du testament: jaçoit qu'aucuns tesmoins n'eussent mis leurs cachets, par ce que le texte dit*, Signacula, non sigilla.

Sed in priore testamenti specie solemni, si aliquis ex testibus non signauerit & subscripserit, & signaculum apposuerit, testamentum pro infecto habetur. d. l. hac compultissima §. 1. in fin. ibi non subscriptum autem. C. de testam. Testamentum autem quod per nuncupationem fit, scripturam non desiderat: sufficit namque vt valeat testamentum, coram testibus fieri, & testatorem palam hæredem nominare, & voluntatem suam exponere. §. vlt. hoc tit. & l. hæredes palam. ff. qui testa. fac. poss.

Sed hodie etiam nuncupatiuis testamentis notarius adhibetur, & scriptura conficitur coram septem testibus, ne rei gestæ memoria pereat ad eius probationem & fidem, non quod requiratur subscriptio testium si literas ignorant, & subscribere nesciant. Idque etiam desideratur edicto regio, *par lequel tout ce qui excede la valeur de cent liures, doit estre redigé par écrit en contract authentique: & faut que le Notaire fasse signer les tesmoins & les parties (s'ils sçauent écrire) ou attester qu'ils ne le sçauent, à peine de nullité.*

Quod autem diximus in testamentis solemnibus & nuncupatiuis septem testes desiderari, id verum est nisi testamentum inter liberos factum sit, quorum fauore etsi ex disparibus partibus sint instituti, testamentum sustinetur: quod si cum liberis extranea persona permixta est, testamentum quantum ad extraneum nullum est. d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. d. tit. C. de testam.

Testamentum autem quod in bello fiebat, dicebatur in procinctu, quia tunc fiebat iure & priuilegio militari, cum milites procincti & ad pugnam parati erant, de cuius priuilegio sequenti titulo dicemus.

Sed in vtroque genere testamentorum, solemnis & nuncupatiui, caput est hæredis institutio:

qua deficiente teſtamentum ſubſiſtere non poteſt, quia omnia ex inſtitutione pendent, & quia nullus reperitur qui voluntatem exequatur niſi hæres, qui eadem cum defuncto prope perſona cenſetur. l.1.ff.de vulg.& pupilli ſubſt. & infr. de legat. §. ante hæredis inſtitutionem ibi quia teſtamenta vim ab hæredis inſtitutione accipiunt.

Hic notat Imperator quales & qui teſtes teſtamento adhiberi poſſunt, quod alia non indiget interpretatione.

Qui teſtari poſſunt teſtes eſſe poſſunt, ſed hi qui hic enumerantur prohibentur, veluti mulier, impubes, ſeruus, furioſus, mutus, ſurdus, is cui bonis eſt interdictum, & qui improbi & inteſtabiles ſunt.

Sed ſi is qui cum liber exiſtimabatur in teſtem receptus eſt, valet tamen teſtamentum. arg. l. Barbarius ff. de off. prætor.

Ex vna domo plures teſtes eſſe poſſunt: qui verò in poteſtate teſtatoris eſt, teſtis eſſe non poteſt, nec pater in teſtamento filij de caſtrenſi teſtantis peculio.

Nec hæres, nec eius conjuncti teſtes eſſe poſſunt: quia hoc negotium inter hæredem & teſtatorem agitur, & viderentur in re ſua teſtimonium ferre.

Legatarij autem, & fideicommissarij particulares & his conjuncti testes esse possunt: quia non sunt successores iuris vniuersalis.

De materia testamentorum in qua scribi debeant, nihil refert: quia in quacumque materia scribantur, si modo cætera solemnia non deficiant valent.

Testamentorum alia diuisio proponitur. in l. 2. quem. test. aperian. vt alia sint iusta, alia iniusta. Sed abusiuè quæ iniusta sunt testamenta dicuntur, quia his non conuenit definitio testamenti, opportet namque esse iustam voluntatem, vt congruat & conuertatur cum definitione, atque ideò rupta, irrita & in iusta, testamenta non sunt.

Et dispositio quidem testamentaria est ambulatoria vsque ad mortem: quia licet testatori quandiu fari potest, testari & corrigere, mutare & mendare priorem dispositionem, & posterior priori derogat; & hæc est quæ testamentum dicitur, est enim postrema voluntas quam nulla alia sequitur.

DE MILITARI TESTAMENTO.

IN militum testamento si constet de nuda eorum voluntate, quoquo modo testati sint, valet dispositio nullis solemnibus interuenientibus. l. 1. ff. de mil. testamen.

Est enim militibus concessum quoquo modo velint & possint, testamentum facere, si modo factum esse legitimis probationibus constabit. l. Lucius ff. d. tit. Itaque si in expeditione fuerint siue in clypeo, aut vagina literis sanguine suo rutilantibus annotauerint, aut in puluere inscripserint gladio suo eo tempore quo in prælio vitæ sortem derelinquunt, huiusmodi voluntatem stabilem esse oportet; militum namque testamenta juris vinculis non subijciuntur. l. quanquam ff. de testam. milit. Cum arma magis quam leges scire milites sacratissimus legislator existimauerit. l. scimus C. de iur. de lib. in pr. vtque armis non priuatis negotijs occupentur. l. milites in fin. C. locat. Idque propter simplicitatem armatæ militiæ. l. 1. C. de iur. & fact. ign. & quod vt plurimum solemnia requisita adhibere nequeant. d. l. milites C. de test. milit.

Itaque siue scripta, siue non scripta sit volun-

tas, & citra legitimum teſtium numerum, modo tamen duo adſint, quia vox vnius vox nullius, teſtamentum iure militari valebit. §. i. hoc tit.

Sed extra expeditionem, iure communi teſtari tenentur. §. 2. eod. & l. pen. C. eod.

Præterea neceſſe eſt ei qui iure militari teſtatur, ad hoc teſtes conuocare quibus voluntatem ſuum exponat; quia ſi vt plerumque in ſermonibus fieri ſolet alicui dicat miles, te hęredem facio, aut bona mea dono, diſpoſitio nulla eſt, quia ſi hæc facilitas admitteretur, vera iudicia ſubuerterentur. Mutus, & ſurdus iure militari in militia teſtari poteſt, modo conſtet ſuis ſignis eius fuiſſe voluntatis, quod ab his probari poterit, à quibus notus fuit, qui ſigna eiuſmodi ex eorum conſuetudine interpretabuntur. §. quintus cum gloſſ. hoc tit. & l. 4. ff. de teſtam. milit. Priuilegium autem militare ceſſat, cum caſtra exeunt & militare deſinunt: ſed quod ibi fecerunt, poſt annum quo miſſi fuerint non valebit. §. ſed hactenus eod. Ita etiam ſi ante militiam teſtamentum minus ſolemne factum eſt, ſi poſtea in expeditione exiſtens reſignauit & profeſſus eſt id ſe velle valere, ſane quaſi ex noua militis voluntate valebit. Idem ſi poſt arrogationem, aut emancipationem, cum irritum fiat priùs teſtamentum; denuo in militia

confirmet: quia ex noua voluntate validatur. §. ſed etſi quis eod.

Hi autem quibus conceſſum eſt quaſi caſtrenſe peculium, non iure militari ſed iure communi teſtantur, niſi ſint milites & in caſtris. gloſſ. hic in § fin. ſed idem quoque de caſtrenſibus peculijs de quibus extra expeditionem filiusfamilias iure communi teſtari tenetur. per l. penult. C. de teſt. milit.

De alijs rebus & peculijs, filiusfamilias teſtari ne quidem iure militari poteſt.

QVIBVS NON EST PERMISSVM facere teſtamentum.

SVPRA dictum eſt eos teſtes poſſe teſtamento adhiberi cum quibus eſt teſtamenti factio, nunc qui teſtari prohibeantur Imperator docet. Teſtamenti factio duplex eſt, actiua & paſſiua, actiua pro his qui teſtari poſſunt, paſſiua pro his qui ex teſtamento capere.

Sed qui teſtari non poteſt (excepto filiofamilias qui de caſtrenſibus teſtatur) teſtis eſſe non poteſt.

Filius

Filius familias ideo teſtari non poteſt, quia oportet eum qui teſtatur eſſe ſui iuris, & patrem familias, vt colligi poteſt ex verbis legis xij.tabularum vti pater familias ſuper pecunia, &c. Et pleriſque iuris noſtri autoritatibus cauetur, eos qui alieni iuris ſunt teſtari non poſſe, quales ſunt ſerui, & qui in patrum poteſtate ſunt. Idque ita verum eſt, vt ne quidem patre volente, & conſenſum præſtante filiusfamilias teſtari poſſit. l. qui in poteſtate ff. qui teſt. fac. poſſ. & l. ſenium §. fin. C.eod. quia teſtamenta iuris publici ſunt, quorum forma pactis aut conſenſu priuatorum tolli, aut immutari non poteſt. l. teſtamenti factio ff. qui teſt. fac. poſſunt. Sed mortis cauſa donare patre permittente poteſt. l. tam is §. 1. ff. de donat.cauſ. mort.

De caſtrenſibus tamen aut quaſi caſtrenſibus filiusfamilias teſtari poteſt iure communi extra caſtra: ſed in caſtris iure militari vti iam diximus, & hic notat Imperator. & l. nemo. & l.fin.C.d.tit. ſeruus quoque teſtari non poteſt, quia non eſt ſui iuris, ſed in dominica poteſtate.

Mutus & ſurdus natura teſtari non poteſt niſi iure militari vti iam dictum eſt, aut niſi ab Imperatore licentiam teſtandi obtinuerit. l. ſi mutus aut ſurdus ff. d. tit.

Sed qui tardius audit,cum omnino ſurdus non ſit teſtari poteſt. §. item ſurdus hoc tit. Quod ſi teſtamento facto ſurdus factus, eſt teſtamentum non reuocatur, quia tempus teſtamenti conditi inſpicitur. l.in eo 2.ff.d.tit.l.qui in poteſtate §.ſurdus eod. hodie tamen ex l.diſcretis quæ lex eſt Iuſtiniani cautum eſt vt tũc demum teſtari nequeat ſurdus & mutus ſi id vitium habeat à natura. Quod ſi ex accidenti illud contigerit, & ſcribere nouerit, ſi voluntatem ſuam ſcribat manu ſua teſtari poteſt: quod ſi à natura tantum ſurdus ſit,articulate tamen loqui poteſt quod raro contigit, teſtari poteſt: Mutus autem qui ſurdus non eſt teſtatur, ſi modo ipſe voluntatem ſuam ſcribat,idque ſiue natura ſiue morbo vitium acciderit.

Cæcus autem teſtatur modis & forma de qua ſupra diximus.l.hac conſultiſſima C.qui teſta.fac. poſſ.§. cæcus hoc tit.

Impubes teſtamentum facere non poteſt, quia nullum eius animi iudicium §. Impubes hoc tit. qua autem ętate teſtamentum maſculi vel fœminæ facere poſſunt ſcribit Vlp. l. qua ætate ff. hoc tit. nempe maſculi anno 14. & fœminæ xij. completo.Et ſi vltimo anni die factum ſit,dies cœptus pro impleto habetur.

Furios teſtamentum facere non poſſunt quia

mente carent.Sed inspiciendum an tempore conditi testamenti impuberes fuerint,aut furiosi quia & si postea puberes aut compotes mentis post testamentum facti sint, quod ab initio non valuit ex post facto non conualescit.§.furiosi hic.in eo enim qui testatur eius temporis quo testamentum fecit integritas mentis exigitur d. l. in eo. Cùm enim quærimus de viribus testamenti valeat nec ne, inspicimus an is qui testamentum fecit habuerit testamenti factionem,& si habuerit,an secundum regulas iuris ciuilis testatus est. l. si quæramus ff. d. tit.

Quod si furiosus non perpetuo & continuo morbo laboret, sed dilucida quædam interualla habuerit, si eo tempore & furore cessante, & vt ait Imperator in ipsis inducijs testatus est valet testamentum. §. furiosi hic. Et l. furiosum C. qui testa. fac. poss. nec furore postea superueniente rite factum priùs ex post facto reuocari potest quia vti dixi semper inspicitur tempus testamenti cum quæritur an testamentum valeat.

Quod si notarius testamento sit adhibitus, & scriptura sua testetur testatorem esse sanæ mentis, non statur assertioni notarij quia extra id facta est de quo præcipuè rogatus censetur, quo fit vt is cuius interest admitti potest ad probationem fu-

roris in contrarium.dd.ad l.ſenium.C.qui teſt.fac. poſ. & in l.furioſum, vbi etiam docet quibus modis probari poteſt inſania & furor, de quo ſcripſimus in notabilibus noſtris.

Prodigus cui bonorum ſuorum eſt à iudice interdicta adminiſtratio teſtari non poteſt,ſed vti diximus quod ante fecit valet. §. item prodigus hic & l. is cui ff. eod.

Qui apud hoſtes capti detinentur teſtari non poſſunt. l. eius ff. eod. ſed teſtamentum antea factum ſiue ibi moriantur ſiue redeant iure poſt liminij & lege Cornelia valet, quia prima hora captiuitatis ſi apud hoſtes moriantur mortui præſumuntur,aut ſi redeant ſemper in captiuitate fuiſſe. §. eius qui apud hoſtes hic & in l. lege Cornelia C. qui teſt. fac. poſſ.

Obſides *qui ſont les hôtages*, quandiu ſunt apud hoſtes non teſtantur niſi venia impetrata. l. obſides ff. eod.

Vides igitur ex his quæ ſupradicta ſunt filium fam.ſeruum, mutum,& ſurdum natura,furioſum, & eum cui bonis eſt interdictum, impuberem,captiuos,& obſides teſtari non poſſe,vti nec poſſunt qui ob crimen famoſum damnati ſunt. d. l. is cui §. fin. ff. qui teſt. fac. poſſ. & l. ob crimen. ff. de teſtib.

DE EXHÆREDATIONE liberorum.

CAIVS in l. intercætera ff. de lib. & posth. ait in testamentis ordinandis in primis desiderari vt liberi hæredes instituantur nominatim, aut exhæredentur:quia liberi qui in potestate sunt si prætereantur,hoc est si neque instituantur aut exhæredentur testamentum nullum est & inutile.

Et quidem iure veteri illa regula tam latè patebat, vt non solum qui nati erant sed & posthumi qui postmortem testatoris aut post testamentum factum nati sunt instituendi aut exhæredandi erant. Idem quoque de ne potibus posthumis, ne præteriti rumperent testamentum si se neque institutos, neque exhæredatos esse reperirent: sed iure nouissimo in l. si quis suo testamento §. legis autem veteris C. de inoff. testa. meritò Iustinianus constituit posthumos, & infantes non posse exhæredari. Veteri iure poterant passim & nati, & nascituri exhæredari sine vlla causa: voluntas enim patris pro lege habebatur,cum multo magis exhæredare quos occidere poterat, & abdicare, aut præterire, cum abdicatio fuisset quædam pro-

lis abnegatio ſublata à Diocletiano, & Maximiniano in l. abdicatio.& l.fin.C. de patr. poteſt. vti præteritio quoque damnata eſt,& introducta inſtitutio aut exhæredatio. Et hoc iure niſi inſtituantur aut exhæredentur, ſed prætereantur, nullum vti dixi teſtamentum efficitur, vt ne quidem ſi poſtea filius moriatur ante teſtatorem non mutato teſtamento teſtamentum conualeſcat, quia ab initio nullum & inutile fuit. §. 1. inſtit. hoc tit. & cum olim exhæredatio ſine cauſa permiſſa eſſet,id viſum Imperatori iniquum, & placuit nullam eſſe exhæredationem quæ ſine cauſa fieret. Cauſas autem notat quatuordecim in auth. vt cum de appellatione cognoſcitur,§.aliud quoque capitulum extra quas non licet parenti filium exhæredare, quia ingratus videri non poteſt,niſi vna aut altera ex prædictis cauſis quæ exprimi debent in teſtamento, & in ipſa exhæredatione. Cauſæ autem ſunt huiuſmodi quas iuſtas ingratitudinis eſſe dicit & quibus filius iuſte exhæredari poteſt. 1. Si quis parenti manus intulerit. 2. Si grauem & inhoneſtam iniuriam ingeſſerit. 3. Si parentem criminis reum detulerit, niſi ob crimen lezæ Majeſtatis fuerit. 4. Si cum maleficis vt maleficus verſatur. 5. Si vitæ patris veneno aut alio modo inſidiari tentauerit. 6. Si nouercæ ſuæ, aut concubinæ pa-

tris se miscuerit. 7. Si delator, & ex delatione grauia dispendia parenti fecerit. 8. Si fideiubere recusauerit, quod de masculis tantum liberis intelligitur. 9. Si patrem testari prohibuerit, hoc probato exhæredari potest. 10. Si se mimis, aut arenarijs misceat, & in ea professione manserit, nisi parens eiusdem esset professionis. 11. Si filia nolit nubere ex voto patris, sed malit inhonnestè viuere: Si tamen post 25. annum parens distulerit eam marito copulare, & in corpus peccauerit, aut nupserit non potest tanquam ingrata exhæredari. 12. Si curam patris furiosi neglexerit, ab eo sanæ mentis facto exhæredari potest. 13. Indignus successione qui neglexit patrem captiuum redimere, nisi filius iunior esset 18. annis. 14. Catholico non succedunt filij hæretici, sed edictis nostris Regijs alio iure vtimur, & hæc duo pertinent ad tit. de his quibus vt indignis hæreditas auffertur, de quo post hac dicemus suo loco.

Oportet autem vti dictum est vnam, aut alteram ex his causis ingratitudinis testamento nominatim inserere, & postea hęredes scriptos probare, quibus probatis filius exhæres manet, nullúmque ei remedium competit aduersus testamentum patris. §. siue igitur d. auth. vt cum de appell. cognosc.

Idem quoque ius statutum est in parentibus vt

aut inſtituantur,aut exhæredentur nominatim & cauſis expreſſis. §. Iuſtum autem perſpeximus d. auth. quæ ferè conſimiles ſunt ſuperioribus quas ibi videre eſt.

Quod diximus inſtitutionem,aut exhæredationem neceſſariam in liberis qui in poteſtate ſunt hodie etiam in emancipatis deſideratur: quia ſi prætereantur nulla expreſſa cauſa ingratitudinis, etſi præteritione teſtamentum nullum non eſt,tamen prætor eis ſuccurrit per bonorum poſſeſſionem contra tabulas. §. emancipatos hoc tit. & l. maximũ vitiũ C. de liberis præteritis §. ſancimus.

Idem dicimus in præteritione matris quę veteri iure pro exhæredatione habebatur etiam nulla expreſſa cauſa,ſed hodie neceſſe eſt ſi mater filium prætereat,vt cauſam pręteritionis exprimat vnam aut alteram ex his quas ſupra deſcripſimus. d.l. maximum vitium & §. ſed hæc quidem vetuſtas hoc tit.

Suis qui in poteſtate ſunt præteritis, teſtamentum nullum eſt, non ritè exhæredatis datur quærela inofficioſi teſtamenti, quia patris teſtamentum impugnatur tanquam non ſanæ mentis qui ſine cauſa filium aut præterijt, aut immerentem exhæredauit de quo dicemus infra.ad tit. de inoff. teſt.

Sed emancipatis præteritis cum in poteſtate non ſint non datur quærela inofficioſi, quia iure ciuili eis non eſt ſuccurſum, ſed præteritis edicto conſulitur per bonor. poſſ. cont. tabul. d. l. maximum vitium. vti dicemus infra ad eũdem titulum de bonor. poſſ. edicta enim prætorum facta ſunt aut veteris iuris emendandi, corrigendi, aut adjuuandi cauſa: quo fit vt etſi hæredem facere non poſſit prætor, ad hæreditatem tamen vocet, eiſque faueat aut bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas adjuuandi teſtamenti cauſa ſi ſcripti hæredes ſunt, aut contra tabulas ſi teſtamentum nullum aut iniuſtum præteritione, aut inutili ex hæredatione reperiatur. infr. tit. de bon. poſſ. §. 1. & 2. quando iniuſtum, quando nullum, ruptum aut irritum teſtamentum ſit ſcribit Papinianus. in l. 1. ff. de iniuſ. rupt. aut irrit. teſt. iniuſtum & non iure factum dicitur quando ſolemnia iuris deſunt, nullum præteritione, ruptum poſteriore teſtamento, aut poſthumi agnatione, irritum non adita hæreditate.

Et quod diximus de filio poſthumo, idem quoque ſtatutum de nepotè ex filio qui in poteſtate patris eſt, quamuis enim ei obſtet pater qui primum locum obtinet vt eo viuo neque inſtitui neque exhæredari debeat. ſi tamen pater viuo auo moriatur, nepos primum locum obtinet, & ſuus

auo efficitur quasi agnascendo, adeò vt si neque institutus aut exhæredatus reperiatur, rumpit testamentum, atque ideò prospectum est formula Galli Aquilij & lege Iulia Vesleia, vt etiam posthumi, & ex his nepotes instituerentur. §. posthumorum. hoc tit. & l. Gallus ff. de lib. & posth.

Formula institutionis, est filius meus Caius hæres esto, aut hæredem filium meum Caium esse iubeo.

Exhæredationis hæc est, filius meus exhæres esto aut filium meum Meuium exhæredem esse iubeo hodie vti dixi, causa exprimenda est nempe vna ex quatuordecim supra enumeratis.

Nominatim autem institutio fieri debet expresso nomine & cognomine. exhæredatio nominatim fit si exhæredetur sempronius filius: inter cæteros autem si testator instituto vno cæteros exheredes esse iubeat. sed fœminæ quidem exhæredari inter cæteros aliquo eis relicto possunt, masculi autem exhæredari nominatim debuerunt. §. posthumi hoc tit.

Quod de liberis naturalibus & legitimis dictum est, idem de adoptiuis vt ab ipso patre adoptante instituantur aut exhæredentur: sed sublator vinculo adoptionis per emancipationem impunè preteriri possunt. Et tunc quod ad patrem natu-

ralem pertinet in ea causa sunt ac si ab eo essent emancipati, adeò vt si non instituantur aut exhæredentur, prætoris beneficio agant bonorum possessione contra tabulas. §. adoptiui. §. emancipatos hoc tit.

Denique idem ius in institutione & exhęredatione in omnibus liberis masculis aut fœminis natis aut nascituris, suis aut emancipatis constitutum est, vt nempè instituantur aut exhæredentur. §. sed hæc quidem vetustas hoc. tit.

Miles autem qui in expeditione est & iure militari testatur, si sciens habere filios prætereat, pro ritè exhæredatis habentur. §. sed in expeditione hoc tit.

Qui autem ex matre, & linea materna descendunt, si non ita vt oportet prætereantur nempè omissa præteritionis causa pro exhæredatis habentur neq; prętoris beneficio per contra tabulas iuuantur quia hoc remedium exhæredatis non datur. l. non putauit in principio & §. non quęuis ff. de bon. poss. contr. tab. succuritur tamen illis quęrela inofficiosi. l. filiã C. de inoffic. test. filiam à matre præteritam ad successionẽ eius citra inofficiosi quærelam aspirare non posse explorati iuris est.

Itaque ex supradictis constat filios vtriusque sexus esse instituendos aut exhærandos vna ex

causis quatuordecim, alioqui datur querela inofficiosi, aut bonorum possessio contra tabulas. Posthumos & infantes exhæredari non posse quia ingrati esse nequeunt, & hæc iure nouissimo, nunc de hæredum institutione dicendum.

DE HÆREDIBUS Instituendis.

QVI testantur ab hæredis institutione testamentum incipere solent, aut ab hæredatione. l. 1. ff. de hæred. inst. hæredem nonnulli ab hærendo dictum putant, quod rebus à defuncto relictis hæreat, sed authore festo antiquus hæres pro domino ponebatur, & ita passim à Terentio in Andria, & Eunucho hærus pro domino significatur. Qui sui sunt hoc est qui inter liberos primum gradum obtinent: viuente patre quodammodo domini sunt, & patre defuncto de repente sine vllo facto hæredes insolidum existunt, & domini sine vlla apprehensione, vt non tam quæri quam continuari dominium videatur, si modo se immisceant rebus à defuncto patre relictis, quod nisi animo, & intentione hæredis fieri non potest, cum extraneus hæres nisi aditione quæ facti est dominus minime efficiatur rerum

hæreditariarum, sed suus qui inter filios primum gradum obtinet sine vlla aditione, & apprehensione de repente dominus fit & apparet.

Porrò dicitur hæres successor iuris quod defunctus habuit. l. quædam §. nihil ff. de edend. ibi quia in ius, & locum succedunt argentarij partibus eius fungi debent. l. quoties 9. §. hæredes ff. de hæred. inst. l. in pari 170. ff. de reg. iur. hi qui in vniuersum ius succedunt loco hæredis habentur, sunt igitur hæredes successores in vniuersum ius defuncti.

Ita hæreditas definitur, successio in vniuersum ius quod defunctus habuit. l. nihil aliud 24. ff. de verb. sig. l. hæreditas 62. ff. de reg. iur. sic & bonorum possessio hæreditatis appellatione continetur. l. hæreditatis 128. ff. de verb. sig. quia bonorum appellatio sicut hæreditatis vniuersitatem quandam, ac ius successionis, & non singulas res demonstrat, imò etiam sine vllo corpore iuris intellectum habet. l. hæreditas 50. ff. de hæred. petit. l. hæreditatis 119. l. bonorum 208. ff. de verb. sig. l. 3. ff. de verb. sig. l. 3. ff. de bon. poss. Bona (ait Vlpianus) accipienda sunt vniuersitatis cuiusque successionem. Bonorum autem possessio à prætore defertur his qui aut testamento iuuantur, aut testamentum impugnant de quo dicemus infr. tit. de bonor.

poſſ.idque aut iuris ciuilis iuuandi,aut corrigendi cauſa. & hi bonorum poſſeſſores pro hæredibus habentur,quia prætor hæredem facere non poteſt. §. quos autem infr. de bonor. poſſ. ſed bonorum poſſeſſores loco hæredum,conſtituit. l. pretor 117. ff.de reg.iur.& l.2.ff.de bon.poſſ.his verbis in omnibus enim vice hęredum, bonorum poſſeſſores habentur ſed vtrumque,& hęres & hęreditas nomina iuris ſunt, vti diximus ad tit.rer. diuiſione, quæ inter incorporalia continentur etſi corpora contineant.Idem l.pecuniæ 178.§.hęredibus ff.de verb.ſign.ibi hęreditas nomē iuris eſt quod acceſſionem aut deceſſionē in ſe recipit, hoc eſt incrementum,& diminutionem. l. hæreditas 119. d. tit. hęreditas iuris nomen eſt ſicut bonorum poſſeſſio.

Dicitur autem, & hęreditas ea quę damnoſa eſt.d.l.hęreditas ff.de verb.ſignific.

Hęres autem qui ſuus eſt, ſi ſe hęreditati immiſcuit inſolidum tenetur creditoribus, etiamſi hęreditas ſoluendo non ſit vltra vires tenetur.

Extraneus adeundo etiam ſemel hęres factus ad omnia onera tenetur, etſi damnoſa ſit hęreditas.

Sed iure ſuccurſum eſt hęredibus ne vltra vires hęreditarias conueniantur, vt hęreditatem cum beneficio iuris & inuentarij adipiſcantur:

tunc enim hęres de ſuo nihil pręſtat, ſed quandiu patiuntur vires hereidtarię creditoribus reſpondet & ſoluit,

C'eſt accepter les heritages auec benefice d'inuentaire, lequel il faut faire dans trois mois. l. fin. C. de iur. de lib.

Mais il ne faut rien oublier audit inuentaire : car il faut y mettre tout ce que le deffunct a laiſſé iuſques à vn culier de bois : car s'il ſe treuue quelque obmiſſion l'heritier eſt declaré pur & ſimple, & l'inuentaire ne luy ſeruira de rien.

Et en cas que l'inuentaire ſoit bien faict l'heritier a droict de conſeruer les actions qu'il auoit contre celuy duquel il a eſté faict heritier : autrement elles ſeroient confuſes, car il ne les pouuoit demander à ſoy meſmes: mais l'inuentaire faict il demandera à l'heritage auquel ſera deputé Curateur pour cette occaſion, & durant les trois mois que l'inuentaire ſe fera, l'heritier ne peut eſtre moleſté par les crediteurs hereditaires.

Quotquot autem teſtator volet ſibi hęredes faciet, quia voluntas teſtatoris pro lege habetur. auth. de nup. §. diſponat teſtator, & erit lex. §. & vnum hoc tit.

§. HÆREDITAS.

HÆREDITAS in duodecim vncias quę aſſem

efficiunt diuiditur,& as hęreditas tota dicitur.

Partes vero aſſis ſunt vncia ſexcuns vncia & dimidia,ſectans duę oncię,qnadrans tres vncię quia quartam partem aſſis faciunt, triens quartuor vncię quia tertiam aſſis partem faciunt: Quincuns quinque vncię quod quintam partem aſſis:ſemis ſex vncię dimidium aſſis. Bes octo vncię dempto ab aſſe triente. Dodrans nouem vncię quia demitur ab aſſe quadrnas. Dextans decem vncię quia ab aſſe ſextans demitur, devnx vndecim quia ab aſſe vncia demitur. As duodecim vncię.

Hęc aſſis diuiſio neceſſaria eſt in ineunda ratione,inſtitutionis, ſubſtitutionis, legatorum, fideicommiſſorum,legitimarum naturę,falcidię,& trebellianicę de quibus ſuo loco dicemus.

Tot tamen vncię aſſem efficiunt quot teſtator voluerit ſiue minus ſiue plus aſſe teſtamento reliquerit.

Si enim hęredem in ſemiſſem inſtituerit, at in alio ſemiſſe hęredem non relinquat perinde eſt ac ſi hęredem in aſſem feciſſet, iure enim acceſſionis præſumitur teſtator hærędem in vniuerſum ius inſtituiſſe.l.interdum §.paterfamilias ff. de hæred. inſtit.Quod ideo fit ne teſtator pro parte teſtatus pro parte inteſtatus decedat quod iura noſtra non patiuntur, vt ait hic Imperator. Quandoque tamen

men ex postfacto pro parte testatus, pro parte intestatus cedit, nempe quando vi querelæ de inofficioso testamentum ex parte rumpitur. l. cum duobus C. de inoff. test. & l. nam etsi parentibus §. fin. ff. eod. quia beneficio quærelæ causa testati ad intestati causam reducitur. Quod in milite locum non habet, hic enim cum iure militari testatur, pro parte testatus, pro parte intestatus decedere potest, vt habeat hæredem testamentarium pro parte, & alium ab intestato pro alia parte.

§. SI PLVRES ET §. VIDEAMVS.

TESTATOR hæredes facit aut æquales, aut inæqualibus partibus.

Æquales si pluribus institutis æquis partibus instituat: inæquales autem si alterum ex triente, alium ex quadrante, & alios ex alijs partibus.

Quod si sine partium expressione instituantur, veluti Titius, Caius, & Sempronius hæredes sunto, æquis partibus instituti censentur.

Si autem alij expressis partibus instituti sunt, alij non expressis, priores in partes expressas instituti manent, & reliqui in id quod assi deerat: veluti si Titius in semissem sit institutus, & Seius, & Caius hęredes scripti sint simpliciter, in reliquum semissem instituti dicuntur.

Quòd si pluribus ex partibus institutis as completus non fuerit, quod ex asse superest accedit vnicuique hæredum pro hæreditaria portione. d. l. interdum §. paterfamilias ff. de hæred. inst. & l. ex vnciis eod.

Ideo dicendum erit si vltra assem hæreditatem diuidat, & ad dupondium transeat, aut tripondium, quia altero expleto quod deest, & superest, vt in asse distribuitur, quia omnia ad assem reducuntur, cum numero vnciarum hæreditas non augeatur: veluti si tres hæredes instituat in trientes vnumquemque expletus est as, sed si etiam alium in quadrantem instituat, transeundum est ad dupondium: *Et on fera de l'heritage quinze onces, d'où les douze seront aux trois premiers, & les trois au dernier, & en cela ce que reste des vingt-quatre pour faire le* dupondium, *accroist aux quatre*, pro qua parte instituti sunt, *& se resout en quinze onces: Mais en vn mot, quand le testateur passe plus outre que de douze onces, il veut faire son heritage d'autant d'onces qu'il aura exprimées, & cette supputation est plus curieuse qu'vtile.*

§. HÆREDES IN PRINCIP. huius tituli.

INSTITVI autem possunt liberi aut serui pro-

prij, aut alieni. Proprij dicuntur in quibus dominus habet proprietatem plenam cum vsufructu, aut nudam proprietatem. Alieni qui cum proprietate, & vsufructu ad alium pertinent, aut cum proprietate sola: nam qui vsumfructum habet dominus non est, cum proprietario possideat.

Sed serui proprij hæredes instituti necessarij sunt, quia siue cum libertate instituantur, siue sine libertate, & liberi, & hæredes fiunt necessarij, quia velint nolint hæreditatem consequuntur siue ea lucrosa, siue damnosa sit vti diximus ad tit. de manumiss.

Sed domino seruus acquirit, & eius iussu hæreditatem adit, vt aditione dominum hæredem faciat.

Quòd si à domino manumissus sit seruus, pro arbitrio suo non expectata domini voluntate cuius potestate liberatus est hæreditatem adibit, nisi rursus in domini potestatem redeat.

Quòd si Dominus mortuus est, seruus nihilominus institui potest quia hæreditas domini non adita vicem defuncti sustinet, hæres autem cum adiuit defuncti personam suscipit, & vna eadémque esse creditur. Sed hæc de seruis non sunt in vsu.

§. HÆRES.

HÆRES institui potest purè, aut sub conditione. De formulis conditionis, & modis diximus ad tit. de Donationibus.

Ex certo tempore vel ad certum tempus hæres institui non potest, veluti post quinquennium quàm moriar hæres esto, vel ex Calendis illis; aut vsque ad Calendas illas hæres esto.

Sed vitio temporis sublato manet institutio perinde atque si tempus adiectum non esset, alioqui pro ea parte temporis qua institutio cessat, testator intestatus decederet quod iura non patiuntur neque re, neque tẽpore l. hæreditas ex die vel ad diem non recte datur, sed vitio temporis sublato manet institutio. ff. de hæred. inst. 34. perinde ac si purè esset institutus.

Ad incertum tempus institutio valet, veluti cùm moriar, cùm morietur cùm capere poterit, & eiusmodi de quibus hic in gloss. l. hæreditas in gloss. l. qui filio, & l. in tempus ff. eod.

§. IMPOSSIBILES.

IMPOSSIBILIS conditio pro non scripta habetur, atque ideo institutio pura manet cùm pro non adjecta conditio habeatur, veluti instituo Ti-

tium hęredem ſi cœlum digito tetigerit hęc conditio tanquam impoſſibilis reijcitur.

§. SI PLVRES.

PLVRIBVS conditionibus adiectis, omnibus eſt parendum, veluti ſi illud, & illud fecerit hæres eſto, cùm antequam adeat hæreditatem vtrumque adimpleat neceſſe eſt, altera deficiente adire non poteſt.

Quod à modo differt quia cauendo de implendo modo, adire hæreditatem poteſt.

De notis modi & conditionis diximus ad tit. de donat.

Quòd ſi conditio ſit alternatiua veluti illud, aut illud, ſufficit vnum adimpleri.

§. SI QVOS.

IGNORANTIA teſtatoris inſtitutionem non vitiat, quo fit vt fratris filios teſtator etſi non viderit hæredes inſtituere poſſit.

Non incongruum erit hoc titulo dicere hæreditates nobis deferri iure veteri, aut iure nouo. Iure veteri nempe lege xij. tabular. qua teſtamentariæ ſucceſſiones confirmantur. l. lege obuenire ff. de verb. ſignific. ibi quia lege duodec. tabul. te-

ſtamentariæ hæreditates confirmantur, lege obuenire dicuntur.

Ab inteſtato autem ſunt & ab eadem lege introductæ qua primum liberi ſui, poſtea agnati ſi ſuus non extabit vocantur, ita enim cauetur ſi ſuus non extabit hæres, agnatus proximus familiam habeto.

Iure nouo defertur hæreditas Senatus conſultis Orfiniano, & Tertulliano quæ edita ſunt pro mutua matrum, & filiorum inter ſe ſucceſſione.

Conſtitutionibus etiam principum, veluti diui Pij. de qua in l. Papinianus. §. ſi quis imputes ff. de inoff. teſt.

Pactis, & conuentionibus hæreditates non deferuntur, quo fit vt pactum de ſuccedendo reprobetur quia contra bonos mores, adimit enim liberam teſtandi facultatem l. hæreditas C. de pact. conuen. l. ex eo inſtrumento C. de inut. ſtip. ne quidem ſi matrimonij cauſa pactum ſit inuitum. l. pactum quod dotali C. de pact. l. de queſtione eod. & l. cum donationis C. de tranſact.

Idque adeo verum eſt, vt ne quidem ad exceptionem proſit, ſi enim filia dote contenta ſucceſſioni patris renunciat, non propterea patri ab inteſtato ſuccedere prohibetur, confert tamen fratribus dotem receptam. l. pactum dotali C. de col-

lation. quia eiusmodi scriptura etsi à patre facta non immutat ius successionis. l. fin. ff. de suis, & legit. hæred.

Sed hodie ita iudicatur, vt si filia sit congruenter dotata vel non minus legitima dotis nomine sit constitutum habitaratione ad tempus constitutionis, si bonis renunciauerit, & hęreditati dote contenta cum iuramento ei nullus datur ad bona paterna regressus. cap. quamuis de pact. lib. 6. decret. sed de hac quæstione alio loco dicemus cum quo decet apparatu, quia frequentissima in iudicando proponitur.

Et vti diximus pacto hæredem non fieri, ita etiam nec venditione quamuis enim hæreditas, & actio hæreditatis vendi possit. tit. de hæred. & act. vend. ff. & C. tamen venditione ius & nomen hęredis transferri in emptorem non potest: is enim qui semel hæres fuit, semper esse perseuerat, nec esse desinit. Emptor autem hæreditatis neque veteri iure, neque nouo hæres dicitur: quia hic modus neutro iure continetur, quia pactis priuatorum successiones non deferuntur. Atque ideò imperator in l. 2. C. eod. ait venditorem creditoribus hæreditariis respondere teneri ipso iure, quamuis quod satisfacit creditoribus hæreditariis ab emptore repetat actione exstipulatu, aut exempto.

Contra ſi titulo donationis quis hæreditatem ſuſcepiſſet:cum enim in mero lucro verſatur tenetur actione præſcriptis verbis donantem aduerſus creditores deffendere, & actiones eorum ſuſcipere.l.hæreditatem ff.de donat.non quod propterea hæres dicatur quia hoc pacto hæres fieri non poteſt,ſed propter naturalem æquitatem ad id compellitur actione præſcriptis verbis.

Quandoque tamen donatarius vniuerſalis hæredis loco habetur non tamen hæres dicitur ſed de hoc alio loco.

Quod autem diximus pactis non deferri hæreditates,fallit in pactis initis inter milites.l.licet C. de pact.

Cum igitur hæreditas defertur ex teſtamento ſiue ſuis ſiue extraneis, ſui quidem immixtione quia continuant dominium, extranei aditione quia nouum conſequuntur ipſo facto hæredes fiunt, & rerum hæreditarium dominium plenè conſequuntur.

Quod ſi damnoſam vereantur eſſe hæreditatem ſui abſtinent: extranei repudiant:idque intra tempora iuris deliberandi, nempe intra annum à tempore mortis ex noua conſtitutione. in l. cum antiquioribus C. de iure delib.

Sed poſteaquam ſuus ſe ſe immiſcuerat,aut extraneus

traneus adierat hæreditatem, nullus erat locus iuri deliberandi. Semel hæredes facti immixtione, & aditione ſemper hæredes manebant. Itaque cauté agunt ſi antequam ſe immiſceant, aut adeant, videant intra id tempus expediat nec ne eos hæreditatem adire.

Hodie à die ſcientiæ mortis debent deliberare, & ſibi conſulere intra quadraginta dies, & intra trimeſtre tempus inuentarium conficere, ſi malint ſibi cauere eo iuris remedio ne vltra vires hæreditatis teneantur. l. fin. C. d. tit. de iur. delib.

Quod ſi omnino ſe hæredes eſſe nolunt, ſui abſtinent: extranei repudiant. d. l. fin. & tot. tit. de acquir. vel amittenda hæred. l. impuberis, & l. ei qui ſe non immiſcuit, & l. is qui hæres d. tit. ſed poſteaquam hæres ſuus ſe immiſcuit, aut extraneus adiuit ampliùs abſtinere, nec repudiare poſſunt.

Minores tamen aduerſus immixtionem, aut aditionem reſtituuntur, ſi ſe læſos eſſe doceant.

Delata autem hæreditas ex teſtamento peti ſolet aut actione petitoria, quæ dicitur petitio hæreditatis. tit. de petit. hæred. ff. aut actione poſſeſſoria, qua hæres ſe mitti poſtulat in poſſeſſionem rerum hæreditariarum, vi teſtamenti ſi quidem profertur non raſum, nec aliqua ſui parte cancel-

latum nec vitiatum, & vti dicam suis numeris & solemnibus absolutum. l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. & hoc remedium est summarium.

Sed petitio vtriusque remedij fit coram iudice rei qui possidet res hæreditarias, aut coram iudice eius domicilij in quo detentor rerum hæreditariarum domicilium, & lares fouet, & sedes fortunarum constituit. tit. vbi de hær. agi oport. C.

La demande se fait ainsi.

A MONSIEVR LE IVGE, &c.

SVpplie Caius, *disant que par Testament en bonne forme de* Sempronius, *il auroit esté institué son heritier vniuersel en tous ses biens.*

Il tenoit quand il mourut tels & tels biens (il les faut confiner) qui sont denombrez en la parcelle, & pour maistre & seigneur d'iceux, il estoit tenu.

Lesdits biens sont detenus par tels & tels, & sont les mesmes.

Conclud que lesdits tels les vuideront (voila le petitoire) Ou bien conclud que le suppliant sera mis en possession d'iceux suiuant la loy. l. fi. C. de edict. diu. Adr. toll. *& que les detenteurs seront condamnez à la restitution des fruicts & despens; voila le possessoire.*

Aditio hæreditatis dicitur apprehensio rerum hæreditariarum animo hæredis: sic immixtio dicitur cum se filius suus hæredem dicit, & eo ani-

mo rebus hæreditarijs incumbit.

Et his modis se se pro hæredibus gerunt, nempe apprehensione rerum hæreditariarum, quas nisi tamquam hæredes apprehendere possunt, aut si verbo profiteantur se hæredes esse. l. pro hærede. & l. gerit. ff. de acq. hæred. Pro hærede gerere videtur is qui aliquid facit quasi hæres, modò hoc animo faciat vt velit esse hæres d. l. pro hærede. Etsi enim nihil attingat hæreditarium, si animo agnoscit successionem, pro hærede gerere dicitur. d. l. gerit.

DE VVLGARI SVBSTITVTIONE.

Modestinvs dicit, hæredes aut instituti dicuntur, aut substituti. l. 1. ff. de vulg. & pupill. subst. instituti primò gradu, substituti secūdo, vel tertio. Quò fit vt substitutio secunda institutio dicatur, omnes enim substitutiones quę institutionem sequuntur etiamsi earum gradus infiniti sint, secundę institutiones dicuntur, vti secundas nuptias dicimus, quę primas sequuntur siue eæ sint secundę, tertię, quartę, & vlteriores.

Fiunt autem ideò vt si primi hęredes non adeāt hęreditatem, eam vltimi nanciscantur, quod

etiam colligitur in Teſtamento Iulij Cęſaris. Appian. Alexand. lib.2.de Bell. Ciuili. Ibi vt ſi primi hęredes non adiſſent,nanciſcerentur vltimi. Conſuetudo enim apud Romanos ea inualuit, vt primis hęredibus ſecundos adderent, vt deficientibus primis,ſecundi admitterentur,ne defuncti ſine hęrede decederent, & teſtamenti cauſa ad cauſam inteſtati tranſiret.

Et quemadmodum vnus,aut plures primo gradu inſtitui poſſunt, ſic etiam ſecundo, vnus aut plures ſubſtitui poſſunt,vt ait Imperator hìc, & l. poteſt & ſeq. ff. de vulgar. ſed quamdiu locus eſt inſtitutioni, ſubſtitutus non admittitur. l. quamdiu prior ff. de acq. vel amitt. hęred.

Eſt enim ſubſtitutio veluti quędam conditionalis inſtitutio, cui locus non eſt niſi deficiente inſtitutione. l.quamdiu 69. ff. de acq. vel am.hęred. nec ante ſubſtitutus ſuccedere poteſt quàm excluſo hęrede inſtituto.Vocatur namque ſubſtitutus eo caſu quo inſtitutus hęres non erit, aut ſi erit,& ſine liberis deceſſerit,& alijs modis de quibus in diuiſione ſubſtitutionum ſigillatim dicemus.

Subſtitutio autem diuiditur in vulgarem, pupillarem,exemplarem,militarem,compendioſam, breuilocam, ſeu reciprocam & fideicommiſſa-

riam. Porrò ſubſtitutiones aut ſimplices, aut duplices ſunt, directę, aut indirectę: expreſſę, aut tacitę.

Vulgaris per ſe, & pupillaris dicuntur & directę, & ſimplices ſubſtitutiones: conjunctę dicuntur duplices, ſed non eò minus directę.

Vulgaris ideò dicta ſubſtitutio eſt quòd vulgo à quolibet fieri poteſt, quòd omnibus pateat, vti vulgarem dicimus notiſſimam quęſtionem, & vſitatum modum loquendi vulgarem dicimus.

Ita vulgaris definiri poteſt, directa ſubſtitutio in locum hęredis ſubſtituti facta, cuius formula hęc eſt: Pone à teſtatore Titium hęredem fuiſſe inſtitutum, ſubſtitutio ita concipitur. Si Titius hęres non erit, aut eſſe nolit, aut non poſſit, Caius hęres eſto. inſt. hic in prin. & d. l. poteſt 36. ff. de vulg. verba enim hęc merè directa ſunt, adeò vt ſubſtitutus per ſe hęreditatē cōſequatur, ſi inſtitutus hęres non ſit, aut eſſe nolit, & ſua authoritate ſuóque iure apprehendere hęreditatem poteſt.

Quòd ſi inſtitutus hæreditatem adeat, aut ſi de ſuis eſt, ſe ſe hęreditati immiſceat, expirat vulgaris ſubſtitutio, etſi poſt aditam, & hęreditatem agnitam inſtitutus ſuperſtite ſubſtituto moriatur. l. poſt aditam hęreditatem directę ſubſtitutiones non impuberibus filijs factæ expirare ſolent C. de

impub. & alijs substit. vbi gl. & dd. directas vulgares appellat.

Et hęc vulgaris concepta ita vti diximus expressa dicitur, quędam tacita dicitur, quod ex verissimili mente testatoris, & eius mentis interpretatione à lege inducitur, vt est ea quę in expressa pupillari inest, in qua pupillari expressa tacita vulgaris inest. l. iam hoc iur. ff. de vulg. vbi etiam Iuriſconsultus docet in expressa vulgari inesse tacitam pupillarem quod colligitur ex hac specie facti, testator filios impuberes hęredes instituit, eósque inuicem substituit: hęc substitutio reciproca dicitur quę continet vulgarem, & pupillarem substitutionem, quę vtrisq; conuenit. Quòd si alter pubes, alter impubes esset, in vulgarem tantum casum substituti dicuntur, quia hęc vulgaris vtrique conuenit, pupillaris vni tantùm, nisi in vtrumque casum testator impuberi fratrem substituat, hoc modo siue hęres impubes erit, aut non erit, & in pupillari ętate decesserit alterũ substituo. d. l. iam hoc iure, & l. quamuis C. de impub.

Itaque verbum substituo directum est, & vulgarem expressam continet, & tacitam pupillarem, si duo impuberes inuicem substituantur per verbum eósque inuicem substituo.

Sed in hac vulgari illud animaduertendum vt

poſt delatam hæreditatem mortuo teſtatore antequam hæres ſe immiſceat deceſſerit, an ſit locus ſubſtitutioni vulgari. Et conſtat ſi quidē ſuus eſt inſtitutus à patre, & deinceps alij qui in poteſtate ſunt, etſi antequam ſe immiſceāt decedant, ius ſucceſſionis ad hæredes ſuos tranſmittunt. l. vnic. de ijs qui ant. apert. tab. hæredit. tranſmittũt. C. & l. vnic. C. de caduc. toll. quò fit ne impediant, & obſtent vulgari ſubſtituto, idque iudicio defuncti d. l. vnica de hæred. qui ant. apert. tabul.

Subſtitutus autem vulgaris non tranſmittit ius ſubſtitutionis ad ſuos hæredes, ſi viuo inſtituto moriatur. l. toties. ff. de acq. hæredit. quia ſpes ſubſtitutionis ad hæredes non tranſmittitur. l. qui plures 23. ff. de vulgar.

§. I. HOC TIT. IN PRINCIP.

TESTATORES olim poſtremo loco ſeruos ſubſtituebant, quia deficientibus primis nolentibus adire hæreditatem, ſerui neceſſarij fiebant hæredes vellent, nollent, atque ita ſine hæredibus non moriebantur, eorum teſtamenta ſuſtinebantur de quo diximus, cùm de manumiſſione ſeruorum ſcripſimus, & quibus modis liberi fierent. Cum enim hæredes conſtituebantur & hæreditatem, & libertatem conſequebantur, ſed de ſeruis hodie inanis quæſtio.

§. Sed si institvto.

Hoc §. Imperator constituit substitutum ad vtriúsque hæredis portionem admitti, etsi prima specie vni tantùm de cohæredibus substitutus esse videatur. Species hæc est, Testator Caium, & Sempronium hæredes instituit, Caio Sempronium substituit, & Sempronio Titium, si Caius, & Sempronius hæredes non erunt, Titius vtriusque portionem consequetur. Sed Caio adeunte expirat pro eius parte substitutio. Vti not. glos. in fin. in verb. sine distinctione. Hoc §.

DE PVPILLARI Substitutione.

Svpra diximus de substitutione vulgari expressa & tacita, sed superest exemplum tacitæ pupillaris in expressa vulgari, quando scilicet à testatore filio impuberi hæredi instituto alius substituitur in causã vulgarem, si hæres non erit, quia ex tacita mente testatoris, etsi hæres erit, & intra pupillares annos ante pubertatem decesserit substitutus admittitur, nisi de contraria mente appareat. d. l. quamuis & l. iam hoc iure.

Cùm testamentum sit voluntatis nostræ iusta sententia,

ſententia pupillus cum neque legitimæ ætatis, & capax iudicij ſit, & voluntatis, teſtamentum facere non poteſt: oportet namque eum qui teſtatur, eſſe & puberem & ciuem Romanum, vti ad titulum de teſtamentis diximus.

Sed quamuis pupillus teſtari non poſſit, tamen moribus receptum eſt, vt pater qui impuberem filium habet in poteſtate, pro eo teſtamentum faciat, eíque hæredem dare iure patriæ poteſtatis poſſit. l. moribus. ff. de vulg.

Cùm enim eius ætatis ſint filij in qua ipſi ſibi teſtamentum facere non poſſint, moribus eſt receptum vt parentes eis faciant. Imp. in prin. huius tit.

Sed qui filio impuberi hæredem dare vult, neceſſe eſt vt ſibi quoque teſtamentum faciat d. l. moribus. §. quiſquis. ff. de vulg. & Imp. hoc tit. §. liberis. Liberis autem ſuis teſtamentum nemo facere poteſt, niſi & ſibi faciat: nam pupillare teſtamentum pars & ſequela eſt paterni teſtamenti; adeò vt ſi pater non teſtetur, aut eius teſtamentum non valeat, nec valebunt tabulæ pupillares quæ ex patris teſtamento vim capiunt. l. ſed ſi plures. §. ſi ex aſſe. ff. de vulg. Etſi non adeatur ex teſtamẽto patris hæreditas, nec poterit ex ſubſtitutione quæ pupillares tabulas continet, filij impuberis hære-

ditas adiri. Quãuis enim duo quodammodo testamenta videantur, alterum patris, alterum filij, tanquam si ipse filius hæredem sibi instituisset; vnum tamen propriè dicitur, licet duarum hæreditatum. §. Igitur. & quia vim sumit à paternis tabulis, si vti dixi non adeatur patris hæreditas, nec pupilli potest adiri.

Sed ne is qui impuberi substituitur si intra annos pupillares decesserit, vitæ eius insidietur, potest pater pupillares tabulas, hoc est pupillarẽ substitutionem ita inserere, & proprio lino & cera claudere, vt viuo impubere non aperiantur: quæ species est veluti formula quædam solemnis testamenti, quia hoc casu hæres scribitur non nuncupatur. §. sin autem. hoc tit.

Formula pupillaris substitutionis hęc est: Pone filium impuberem esse à testatore institutum hoc modo, Caius filius meus hæres esto, hæc est institutio, hoc est testamentum patris. Si Caius filius meus hæres non erit aut hæres erit, & intra pubertatem decesserit, Sempronius hæres esto: hæc est substitutio pupillaris.

Prior pars, si hæres nõ erit, vulgaris est, quę tacitam pupillarem continet vti diximus: posterior pars, si hæres erit, & intra pubertatem decesserit, est pupillaris expressa.

Dicitur namque expreſſa pupillaris quando concipitur expreſſo nomine, quod ad ætatem pupillarem refertur, veluti ſi intra pubertatem, hoc eſt ante pubertatem deceſſerit.

Et quemadmodum vti diximus vulgaris expirat adita hæreditate, concipitur enim his verbis: Si inſtitutus hæres non erit, conſequens eſt vt ſi hæres fuerit, ſubſtitutus excludatur: ita & pupillaris expirat poſt pubertatem, ſimul atque pupillus annum 14. attigit, & pupilla duodecimum, vti diximus ad tit. de tut. & hic imp. in §. maſculo. Maſculus enim pubes fit anno 14. & filia 12. & eo anno, & teſtari ſi ſui iuris ſunt, & nuptias contraheri poſſunt, vti diximus ad tit. de teſtam. & ad tit. de nupt. Quo anno cùm teſtari poſſint, pupillares tabulæ & ſubſtitutio pupillaris expirat, & ad nihilum reducitur. Poterat olim & ſubſtitui non modò inſtitutis, ſed & exhæredatis: ſed cùm vti diximus ad tit. de exhæred. lib. neque pupilli neque infantes exhæredari poſſint, inanis eſt quæſtio. §. non ſolùm. hoc tit.

Poteſt pater ſingulis, aut pluribus, aut denique vltimo morienti pupillariter ſubſtituere aut nouiſſimo, vt ius hæreditatum legitimarum inter eos cuſtodiatur integrum. §. vel ſingulis, hoc tit. Quia hac ſubſtitutione ſubſtitutus integram hæredi-

tatem ſine detractione conſequitur.

Nec refert ſiue nominatim, ſiue generaliter deferatur aut ſubſtituatur impuberi, his verbis: Impuberi filio decedenti in pupillari ætate aut intra pubertatem Titius hæres eſto. Generaliter ita ſubſtituitur, Filio meo impuberi quiſquis mihi hæres erit, hæres eſto. §. ſubſtituitur. hoc tit.

Subſtitutio autem pupillaris expreſſa matrem pupilli nedum à ſucceſſione filij, ſed à legitima excludit; ſed tacita pupillaris quæ in expreſſa vulgari eſt, matrem non excludit à ſucceſſione filij: ſed ſubſtitutio compendioſa quæ verbis generalibus pupillarem expreſſam continet, ex communi opinione doctorum matrem quoque excludit. Sed Decij opinio præualuit, quam in reſpondendo & iudicando ſequimur, qua matri ſalua legitima eſt, quam tenuit Decius conſ. 128. contra Iaſonis opinionem. in l. moribus. num. 31. ff. de vulg. & ad l. humanitatis eod. Alex. in l. centurio. ff. de vulg. Sed vti dixi præualuit Decij opinio. Legitima autem matris eſt triens totius hæreditatis filij impuberis. Bald. Salic. in auct. nouiſſima. C. de inoff. teſt. de quo dicemus ſuo loco.

Diximus etiam pupillarem tacitam contineri in vulgari expreſſa, ex veriſimili mente teſtantis.

EXEMPLARIS §. QVA RATIONE.

SED quemadmodum comparatum eſt moribus, vt pater filio quem in poteſtate habet, qui teſtari propter ætatem, & quia eſt in poteſtate non poteſt, teſtamentum facere poſſit: ita etiam filio furioſo & mente capto parens vtriúſque ſexus ſubſtituere poteſt, ita tamen vt furioſus ſaltem in legitima inſtituatur, & ei ſubſtitutus detur, ne ſi in nihilo inſtituatur, ſubſtitutio inutilis ſit.

Secundò non omnes ſubſtitui poſſunt ſed filij eiuſdem furioſi, aut in eorum defectum fratres eius. l. humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſtit. Quod ſi neque filij neque fratres ſint, furioſo etiam extraneos ſubſtituere poteſt.

Exemplaris dicitur, quia pater ad exemplum pupillaris, hæredem filio furioſo dat, vti dare poteſt pupillo, qui propter ætatem non teſtatur, ille propter furorem, & quia pupillaris pubertate finitur, exemplaris furore ceſſante. Sed quod mater furioſo quoque hæredem dare poſſit, id humanitatis intuitu Imperator & patri & matri indulgendum eſſe ſtatuit. d. l. humanitatis.

MILITARIS SVBSTITVTIO.

VTI iure noſtro milites in expeditione occupati, ſi teſtantur, eorum voluntas pro iure ſeruatur. l.1. C. de milit. teſt. vti ſupra diximus ad tit. de milit. teſtam. Ita etiam & ſubſtituere miles poteſt eodem militari priuilegio: atque ideò iure militari ſubſtitutio vulgaris poſt aditam hæreditatem valet iure directo. l. centurio. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. quæ tamen non extenditur ad alia bona quàm ad ea quæ inſtitutus à teſtatore vi inſtitutionis habuit. l. milites. Etiam hi qui hæredes extiterunt poſſunt ſubſtituere, in his duntaxat quæ ſunt ex teſtamento eorum conſequuti. de milit. teſt.

Sed qui ſubſtituit, in expeditione ſit neceſſe eſt, vt priuilegio militari ſubſtitutio regatur.

Miles etiam in certis bonis ſubſtituere poteſt: bona autem in quibus hæredi ſubſtitutum non dedit, ſucceſſoribus ab inteſtato non deferuntur, ſed apud hæredem remanent, quia in hoc iure communi vti viſus eſt, tametſi in hæredis inſtitutione alterum teſtamentarium hæredem in his in quibus eſt nominatim inſtitutus, & ab inteſtato alium in bonis in quibus non eſt in teſtamento

hæredis fauore facta mentio; quia priuilegio militis pro parte testatus, pro parte intestatus decedere potest. l. recti iuris est C. de milit. test. & l. similes vnum ex fundo hæredem. ff. de milit. test. Verba legis, Si miles vnum ex fundo hæredem scripserit, creditur quantùm ad residuum patrimonium intestatus decessisse: miles enim pro parte testatus, pro parte intestatus decedere potest. ff. de milit. test. l. centurio de vulg. & l. precibus. C. de impub. & alijs subst.

COMPENDIOSA.

HÆc substitutio compendio verborum ad omnes substitutiones refertur, eásque complectitur. Barth. ad l. centurio. num. 9. ff. de vulg. Huius formula: Pone filium fuisse hæredem institutum, substitutio ita concipitur, Si filius meus hæres non erit, aut erit, & quandocúmque sine liberis decesserit, Caius hæres esto.

Hæc substitutio continet vulgarem quæ expirat ad ita hęreditate ab instituto. Continet pupillarem, si quidem hæres pupillus erat, & in pupillari ætate decesserit, quæ expirat pubertate instituti. Continet exemplarem, si quidem institutus mente captus fuit. Continet

& fideicommissariam, si hæres sine liberis decesserit, post aditam hæreditatem, post pupillarem ætatem.

RECIPROCA.

HÆC substitutio concipitur his verbis: Pone Titium & Caium esse hæredes institutos, reciproca ita concipitur, Eósque inuicem substituo, & dicitur breuiloqua, quia breuibus verbis continet directam & compendiosam: Sed compendiosa vni etiam fieri potest; reciproca aut breuiloqua, nisi pluribus institutis fieri non potest, quia vti dixi ita fit, Eósque inuicem substituo.

Sed cùm instituti sunt ætate impares, hoc est, alter est pubes, alter impubes; per reciprocam in eum tantùm casum qui vtrique conuenire potest substituitur, nempe in vulgarem. Cùm enim puberi pupillariter substitui non possit, ne inæqualis esset in vtriusque persona substitutio, placuit in vulgarem tantum casum, qui vtrique & puberi & pupillo conueniat, substitutionem valere: si quidem institutio directa erat & substitutio. Quod si adjectum esset verbum tractum temporis habens, hoc modo, Eósque inuicem quandocumque sine liberis decesserint, substituo: tunc etiam

superstes

ſuperſtes perfidei commiſſum vocatur.

Verbum enim quandocunque, & ſine liberis tractum temporis habent, & omnes ſubſtitutiones continent.

Sed quamuis in compendioſa, breuiloqua, & fideicommiſſaria pupillaris verbis generalibus contineatur, & expreſſa ſit, tamen mater non excluditur niſi quoad hereditatem, & ſucceſſionem filij vel filiæ illi ſalua manente legitima, quæ vti dixi triens eſt hæreditatis ipſius filij aut filiæ.

FIDEICOMMISSARIA.

FIDEICOMMISSVM ex eo dictum quod reſtitutio hæreditatis fidei inſtituti hæredis à teſtatore commiſſa eſſet. Quò fit vt ſubſtitutus per manus hæredis grauati, de reſtituenda hæreditate capere hæreditatem debeat, & concipitur per verba directa, precaria, ſiue fideicommiſſaria, & obliqua: Rogo, peto, deprecor, volo, mando, iubeo, præcipio, fidei committo hæreditatem reſtitui.

Fideicommiſſum autem purè, ex die aut ſub conditione relinquitur.

Purum eſt quando hæres inſtitutus eſt hoc modo, ſempronius hæres eſto, rogoque eum vt

hæreditatem Caio restituat, ei statim mortuo testatore restitui debet: aut si ita dicat, vni ex familia restituito aut familiæ aut cui volet ex familia restituas his modis fideicõmissum purum dicitur.

Cum autem rogatus cui volet de familia restituere, electio est hæredis qui si non eligat omnes proximiores vocantur.

Cum autem rogatur familiæ restituere proximiores primo vocantur, deinde alij ordine, & secundum prærogatiuam gradus. l. cum quidam 24. l. cum itaque. §. in fideicommisso. ff. de l. 2.

Ex die certo fideicommissum fit, Caio in quinquennium postquam peruenerit in pubertatem hæreditatem restituas sed rectè substitutio pro pura habetur. §. hæres, suprà de hęred. instit. quia ex certo tempore aut ad certum tempus hęres fieri non potest:

Sub conditione relinquitur hoc modo quando, aut si morietur, si sine liberis decesserit substituo Caium.

Caius non admittitur ante mortem nec etiam si liberos institutus reliquerit.

Quandoque etiam testator substituit instituto sine liberis morienti Caium, & suos liberos, & Caio pariter morienti sine liberis Sempronium, & suos, liberos.

Denique & plures gradus substitutionis facere potest vsque in infinitum vsque sed deficiente primo gradu si institutus liberos superstites reliquerit cæteri omnes gradu deficiunt. Old. cons. 21.

Quandoque tamen etsi vocati sunt hi qui in secundo gradu vocantur sub conditione quæ defecit extantibus liberis ex verissimili tamen mente testatoris in dispositione esse possunt, & vocati censentur quod colligitur ex pluribus conjecturis, 1. si masculi vocati sint, & filię exclusæ. 2. si plures gradus substitutionis fecerit. 3. si grauamen duplex fuerit, veluti si ita dixerit, si sine liberis, aut liberi sine liberis decesserint tunc liberi vocati censentur quia grauati sunt, grauari autem non potuerunt nisi etiam vocati essent.

4. Si post liberos extranei masculi vocati sint quia præsumuntur prætulisse suos extraneæ successioni. l. cum auus de condit. & demonst. d. l. cum acutissimi C. de fideicom.

Quæstio tamen illa an positi in conditione, vocati esse censeantur adeo lubrica, & spinosa est vt Doctores nostri vix conueniant quæ magis communis sit, alij enim existimant non esse vocatos alij contra ex conjecturis vti dixi quæ sunt in arbitrio iudicantis.

Hæres autem grauatus de restituendo si ex suis est detrahit legitimam,& Trebellianicam.

Extraneus autem Trebellianicam tantum quæ ex Senatusconsulto Trebelliano quarta pars est fideicommissi,hoc est eius quod superest detractis legitimis,& ære alieno. De quibus alio loco dicemus.

LIBELLVS.

SVpplie Titius, disant comme tel par son testament auroit institué Caius son heritier vniuersel: & au cas qu'il ne seroit heritier (cecy est la vulgaire) ou qu'il seroit heritier, & mourroit en pupillarité (cecy est la pupillaire) ou autrement sans enfans (cecy est la compendieuse fideicommissaire) auroit institué Sempronius en tous ses biens.

Seroit aduenu que le testateur est mort en cette volonté, suruiuant ledit Caius heritier lequel n'a voulu l'heritage (c'est pour la vulgaire) & partant a faict lieu audit Cempronius.

Ou bien s'il a esté heritier, faut deduire que ledit Caius suruiuant accepte l'heritage, s'est porté pour tel, & a faict tous actes hereditaires: mais il est aprés mort en pupillarité: partant demandera aussi Sempronius que la substitution soit declarée auoir eu lieu en sa personne, & ceux qui detiennent les biens condãnez à les vuider.

Si aussi il estoit mort aprés en pupillarité sans enfans, faut deduire le decez de Caius sans enfans, & conclurre à la declaration de la substitution, vuidange de biens contre les detenteurs, auec restitution de fruicts, detrait ce que fait à detraire.

Deduire aussi que le testateur tenoit & possedoit du temps de sa vie & mort tels, & tels biens meubles, immeubles, noms, droicts & actions, bestail & autres mentionnez en la parcelle laquelle sera communiquée. Que tels & tels les tiennent & occupent. Que les biens que tenoit & possedoit ledit testateur du temps de sa vie & mort: Et ceux qui sont tenus & occupez par tel & tels sont mesmes biens & non diuers.

Le substitué qui succede par la vulgaire, recouure tout sans detraction.

Le substitué qui succede par la pupillaire recouure tout l'heritage sans detraction de legitime ny de Trebelliane de l'heritier greué.

L'heritier greué est l'institué auquel le testateur a donné vn substitué, ou plusieurs.

Mais si l'heritier institué pendant sa pupillarité par le moyen de ses tuteurs a payé quelques debtes, fraiz, funeraires, il en fera detraction, ou vrayement l'heritier d'iceluy, qui rendra l'heritage substitue.

Quant à la reciproque & exemplaire, la deduite s'en fera de mesme comme dessus.

Car il faut deduire l'institution. La forme de la substitution, & le decez de l'heritier, suruiuance du substitué, parcelle des biens du testateur, ceux qui les detiendront, & l'identité d'iceux; & aprés conclurre à la declaration de la substitution, vuidange de biens, auec les fruicts detraict ce que de droict faict à detraire.

Quant aux defences de ceux qui sont appellez, elles sont ou contre le testament, ou contre l'heritier, ou au deffaut du cas de substitution non aduenu.

Car il faut voir si le testament à ses formes, soit par escrit ou solemnel, ou nuncupatif.

Et pour regarder si la substitution est seulement vulgaire, si l'heritage a esté receu, quia adita hæreditate expirat substitutio vulgaris, *voyla pour arrester le substitué tout court.*

Si elle est pupillaire voir si l'heritier est mort aprés la pupillarité, hoc est post annum 14. quia pubertate expirat; *voila vostre substitué arresté tout court.*

Si elle est conçeuë sous simple condition, si hæres sine liberis decesserit, *& il a laissé des enfans, jaçoit que lesdits enfans soient aprés decedez, la substitution n'a lieu, & voila vostre substitué arresté.*

Mais si celuy qui pretend la substitution montre que les cas cy dessus exprimez sont en la substitution, sçauoir les masles appellez en tous les degrez, & qu'il y en ait plusieurs, & les filles excluses, quæ filij filio-

rum ſunt grauati quæ vltimo loco extranei aut Eccleſia vocati, *il pourradire que la ſubſtitution eſt fideicommiſſaire; & que* filij qui tantum erant in conditione ſunt grauati, & vocati, *& partant que eux defaillans ceux qui ſont appellez en dernier lieu doiuent auoir la ſubſtitution*, ex veriſimili mente teſtantis quæ colligitur ex verbis teſtamenti, & conjectura voluntatis quæ in arbitrio iudicantis eſt.

AD TITVLVM DE JNOFFIIOSO *Teſtamento.*

DIXIMVS liberos aut eſſe inſtituendos, aut ita vt oportet, hoc eſt, ex cauſa legitima ingratitudinis exhæredandos: quia ſi prætereantur, nullum eſt teſtamentum, ſi ſe immerentes exhæredatos reperiant, datur eis quærela inofficioſi teſtamenti, qua teſtamentum, & ſi ritè factum, tamen contra pietatis officium ritè factum proponitur. l. hoc colore. ff. de inoff. teſtament. & dicitur teſtamentum ex colore inofficioſum, quod non ſanæ mentis fuerint, vt teſtamentum ordinarent: idque cum falsò parentes inducti liberos aut exhęredant aut prætereunt. l. inofficioſum

d. tit. maximè cum nouercalibus delinimentis instigationibusque corrumpuntur. l. non est enim consentiendum. ff. d. tit. Oportet igitur exhæredationem fieri vnà de causis de quibus supradiximus ad tit. de exhæredit. Quòd si causa quidem inserta testamento, sed non probata fuerit, datur querela inofficiosi testamenti, quia filius quæritur se immerentem esse exhæredatum, & ad hęreditatem admittitur quia irritum fit testamentum. auth. ex causa. C. de lib. prętter.

Sed quando testamentum nullum est, non datur querela, quia est remedium subsidiarium, & extraordinarium; quod denegatur filio quando alio remedio ei consuli potest. §. tam autem vers. ita demum. hoc tit.

Per querelam autem filius tantum consequitur, quantum ab intestato consequeretur, si parens intestatus decederet. l. mater decedens 19. ff. de inoff. testam.

Iure nouissimo constitutionum Imperatorum, si aliquid constitutum aut relictum sit filio in testamento, etsi minùs legitima denegatur ei actio ad quærelam inofficiosi testamẽti, in cuius locum succedit actio ad supplementum legitimæ; quia filius petit, vt id quod deest in legitima suppleatur. §. sed hæc hoc tit. l. omnimodo. C. de inoff. test.

Legiti

Legitima autem iure naturæ debetur, qua filius nullo iure ciuili priuari potest, nisi ingratus patri fuerit, & causa ingratitudinis expressa & probata sit exhæredatus, l. parentibus. C. eod. fraudari non potest legitima, quæ dicitur cotta bonorum, non hæreditatis, quamuis tacitè ad onera hæreditaria teneatur; quia in ineunda ratione legitimæ onus æris alieni à testatore debiti detrahitur, & pro rata æris alieni legitima minuitur.

Quanta autem & qualis sit illa legitima, & cotta bonorum scribit Imperator, in auth. nouiss. C. de inoff. test. si quatuor sint liberi, aut pauciores; legitima enim est triens bonorum testatoris, hoc est, tertia pars eius, quod ab intestato quisque eorum habiturus erat: si autem plures, veluti quinque liberi, sex & vltrà, quotquot erunt semissem bonorum pro legitima inter eos diuidenda obtinebunt, quæ portio dicitur semis eius portionis, quam quisque eorum habiturus erat ab intestato patre defuncto.

Et hæc portio ita debetur, vt nequidem pater filios fructibus priuare possit. d. auth. nouissima. Nec eos grauare conditione, dilatione, modo, aut alio onere; sed iure debetur, vt grauamina pro non scriptis habeantur. l. quoniam in prioribus. C. d. tit. de inoff. & l. scimus. §. cùm autem, eod.

Sed in legitimam imputantur ea,quæ donationis,legati, fideidecommissi,aut alio iure filio relicta sunt.§.si.hoc tit. Cùm enim hæc conferantur, in legitimam imputantur. l. quoniam,Nouella.C. d. tit. De collationibus dicemus suo loco. Imputatur etiam pecunia,qua filio militia, hoc est, officium apparatum est,d.l.omn.§.imputari.C.d.tit.

Veteri iure nihil referebat, quoquo titulo filio relinqueretur, vt cessaret querela inofficiosi.§.igitur,h. tit. Sed eo die necesse est vt iure institutionis in testamento relinquatur, si quidem testamentum fiat. authent. 12. cùm de app. cognosc. §. aliud quoque capitulum. In alia autem voluntate sufficit quoquo relinquatur titulo.auth de triente & semiss.§.1.

Quòd si pater non testamentum, sed donationem vni ex filiis vniuersalem fecerit, aliis autem minus legitima portione reliquerit, donatio ad legitimam vsque reuocatur. auth. vnde, & si parens.C. de inoff.

Quòd si filius agnouerit legatum,agere tamen potest ad supplementum. Etsi de inofficioso non agat. *Mais en ce cas s'il a receu son legat, & ce qui luy a esté laissé en deniers, il ne peut demander le supplemẽt qu'en argent, & ainsi on le iuge, comme atteste* G. Papæ; *combien que cela semble contre le droict.*

Car

Car legitima est cotta bonorum, & supplementum vti dixi, in bonis fieri debeat.

Querela autem, & si nec instituta, aut pręparata fuerit, tamen ad suos hæredes transmittitur. l. si quis filium, C. d. tit.

Sed finitur querela, si filius repudiauerit, aut per quinquennium tacuerit. l. si quis filium. in fin. Cod. d. tit.

Aliis, nisi filiis, aut parentibus, datur & querela fratribus: alij melius facerent, si se sumptibus inanibus non vexarent. l. 1. ff. de inoff. test.

Sed ita deuium fratribus datur; si fratris testamento scripti hæredes infamiæ, vel turpitudinis, vel leuis notæ macula aspergantur. l. fratres vel sorores. C. d. tit. Quod ius pertinet & non ad fratres vterinos, sed fratribus consanguineis, aut vtrinque coniunctis datur. *Comme sont freres de pere*, qui consanguinei, *ou de pere & de mere*, qui vtrinque hoc vtroque parente junguntur.

Cessat querela porrò in testamento militis, & si filius iure militari de castrensi, aut quasi castrensi peculio testetur. l. testamentum. C. h. tit.

Libellus ad supplementum.

Supplie, &c. Disant qu'auroit esté en nature tel, lequel auroit faict son testament, & par iceluy

n'auroit legué au suppliant que cent escus, ayant laissé quatre enfans, & de biens à deux mil quatre cents escus. La legitime d'vn chacun estoit deux cents escus; les biens sont tenus par tel son heritier, frere du suppliant. Conclud qu'il soit condamné à luy fournir en biens sa legitime iusques à ladicte somme de deux cents escus, auec les fruicts qui sont deubs à die mortis, *& despens.*

Pour faire voir à l'œil, que la legitime à quatre enfans, si le bien estoit de deux mil quatre cents escus de valeur, il faut noter que s'il n'y auoit testament, les quatre freres succederoient également au pere, & auroient chacun trois onces de tout l'heritage, le faisant de douze. Or, ayant faict testament, la legitime, qui est le tiers de ce qu'ils eussent eu ab intestat, n'est qu'vne once, le tiers de trois; si l'heritage estoit de douze cents escus, chacun n'auroit que cent escus: si de deux mille quatre cents, c'est deux cents: & ainsi de plus ou du moins, voilà cõment il faut supputer & compter les legitimes.

S'ils sont plus de quatre, au lieu du tiers, il faut compter à la moitié de ce qu'ils auroient ab intestat.

I'ay laissé à dire, que si l'heritier est en demeure de bailler, ou deliurer au fils ce que le pere luy a laissé pour sa legitime, il doit estre condamné au double. l. si quis suo testamento. C. d. tit. vt auaritia eius legitimis ictibus feriatur.

Diximus

Diximus teſtamentum irritum eſſe,ſi filius non ita vt oportet ſit exhæredatus, & filium id conſequi,quod ab inteſtato habuiſſet, ſi pater inteſtatus deceſſiſſet. Teſtamentum tamen, & ſi quoad inſtitutiones irritum ſit; cætera tamen,quæ in teſtamento continentur, firma manent, adeo vt legata & alia à teſtatore relicta debeãtur pro hæreditariis partibus. authent. ex cauſa, Cod. de lib. præterit.

DE HÆREDVM QVALITATE & differentia.

HÆREDVM alij neceſſarij,alij ſui & neceſſarij, alij extranei dicuntur.

Serui ſi à dominis hæredes inſtituantur, liberi fiunt, & hæredes neceſſarij, ideo quia velint nolint hæredes eſſe cogũtur, & ipſi tenentur etiam de ſuo creditoribus hæreditariis ſatisfacere: ſi tamen aliquid defuncto teſtatore quæſiuerint,à creditoribus capi pignoris iure,nec vendi poteſt, ea enim ipſi hæredi reſeruantur, & ſalua intactáque manent.§.neceſſarius.h.tit.

Sui & neceſſarij liberi vtriúſque ſexus,ſiue primi, ſecundi,& vlterioris gradus filiorũ & deſcen-

dentium fuerint, nempe nepotes, pronepotes, & qui ſequuntur, modò in poteſtate patris fuerint; ſui enim dicuntur qui primum gradum inter deſcendentes obtinent, quamdiu enim filius viuit, nepos ex eo auo ſuus non eſt, ſed ſimulatque filius viuo patre moritur, nepos ex eo locum patris ſubintrat, & auo ſuus dicitur.

Neceſſarij autem ideo filij dicebãtur, quia iure patriæ poteſtatis vellent, nollent hæredes erant. l. 12. tabul. ſed beneficio Prætoris, cùm eis licuerit abſtinere hæreditate paterna, ne creditoribus hæreditariis vltra vires paternas tenerentur, deſierunt neceſſarij eſſe. §. ſin autem. hoc titul. qui domeſtici & viuo patre quodammodo domini dicuntur.

Cæteri qui non ſunt in poteſtate teſtatoris, extranei dicuntur. §. cæteri, hoc tit. vt meritò liberi emancipati ſint extranei, & quoad matrem, quæ liberos in poteſtate non habet, extranei quoque dicuntur. Inſtituendi tamen ſunt, aut vt oportet exhæredandi, vti diximus, ne præteriti rumpant, aut de inofficioſo agant. In quo ab aliis differunt, qui de liberis non ſunt, ſed merè extranei, quos nec neceſſe eſt inſtituere, nec exhæredare. Sed extraneum quidem hæredem oportet eſſe capacem hæreditatis tempore teſtamenti, tempore mortis

&

& tempore aditionis hæreditatis. Sed ſi conditio hæredis mutata ſit inter tempus conditi teſtamẽti,& mortem teſtatoris,& aditionem hæreditatis, non nocet.§.in extraneos. hoc tit.

Factionem teſtamenti hæredes paſſiuè dicuntur habere;qui & ſi ipſi teſtari nequeant,tamen ex teſtamento capere poſſunt, quales ſunt furioſus, mutus, poſthumus, infans, filiusfamilias, ſeruus alienus,capere ex teſtamento poſſunt ſibi, aut eis, in quorum ſunt poteſtate;teſtari tamen nequeunt, vti diximus ad titulum de teſtamentis. hic §. teſtamenti.

In ſuis hæredibus diximus immiſſionẽ eſſe neceſſariam, in extraneis aditionem hæreditatis:ſui tempus habent vt abſtineant, extranei vt adeant iure deliberandi, ne eis damno ſit hæreditas; ſed poſteáquam ſeſe ſui immiſcuerunt, aut extranei adiuerunt,hæredes facti hæredes eſſe deſinere non poſſunt: tamen minores aduersùs aditionem, aut immiſſionem ſi ſe læſos & captos eſſe doceant, damnoſámque hæreditatem, beneficio Prætoris reſtituuntur. §.extraneus, hîc. de int. ait Prætor. §. ſed etſi hæreditatem. ff.de minoribus.ibi, adiit. Si ſe circunuentum doceat, ſi captus ſit, & eiuſmodi conſtat, námque innumeris authoritatibus minoribus lapſis & deceptis eſſe conſultum.

Maior

Maiores etiam ex æquitate prætoris restituuntur, si iusta causa esse videbitur, nempe si æs alienum latebat, & post aditam hæreditatem apparuit. tot. tit. ex quib. caus. maior. Sed illud speciali priuilegio militibus concessum, quòd propter simplicitatem magis arma, quàm leges scire existimentur. l. scimus, in princ. C. de iur. delib.

Sed eadem lege ita cautum est, & cum beneficio inuentarij adeant, aut se immisceant, ne vltrà vires hæreditarias conueniantur hæredes, quod fauore omnium est introductum: forma autem inuentarij conficiendi describitur à G. Pap. de quo remedio Imperator h. tit. §. sed vestra beneuolentia. Intra quod tempus inuentarium confici debeat, & quod interea hæres non conueniatur à creditoribus, diximus alio loco suprà, & scribit Imperator. d. l. scimus. C. de iur. delib.

Hæres siue adeundo, siue immiscendo, & etiam nuda voluntate hæres fit, pro hærede enim gerit, non modò cum rebus incumbit hæreditariis, sed etiam si verbo voluntatem declaret, vti alio loco diximus, & hîc Imper. §. Item extraneus. & §. pro hærede.

Mais pour ne passer pas à pied sur la question de l'inuentaire, i'en diray vn mot de la forme. Apres la mort du testateur, auant que toucher au maniement des

affaires és choses hereditaires, l'heritier comparoistra pardeuant le Iuge du lieu, où le deffunct faisoit sa residence, & auoit le plus de biens; & declarera que ledict testateur estant mort ayant faict celuy qui parle heritier, qu'il accepte son heritage auec benefice d'inuentaire, & en demandera actes & lettres pour faire appeller tous creanciers & pretendans droict en l'hoirie pour venir voir commencer, medier & finir l'inuentaire des biens delaissez par le deffunct, & bailler leurs demandes. L'assignation sera donnée à voix de trompe à tous pretendans droit de s'y trouuer: contre ceux qui ne comparoistront, le Iuge baillera deffaut, & au lieu d'eux quelques practiciens pour assister audit inuentaire auec ceux qui seront presentez.

A la huictaine apres l'hritier demande lettres pour les faire reappeller, ce qu'il faut faire.

Et à l'autre huictaine suyuant autres lettres de readiournement, & les faudra reappeller.

Dans quarante iours il faut que l'inuentaire soit faict suyuant ladicte loy, l. scimus. C. de iur. delib.

Apres qu'il est acheué, l'heritier au proffit des deffauts, & au preiudice des non comparans, est declaré heritier auec le benefice de l'inuentaire, & aussi contre les comparans, s'ils n'alleguent cause valable pour l'empescher; qui ne peut estre si l'inuentaire est faicte dans le temps, & eux deuëment appellez: sinon qu'il y eut.

soubstraction de quelques biens, noms, droits & actions hereditaires faicte par dol & mauuaise foy, auquel cas l'heritier sera tenu pour pur & simple : mais s'il y auoit obmis par erreur sans malice, il sera tenu à le faire adiouster.

Aussi faut-il prendre garde que durant le temps que l'inuẽtaire est faict, les creãciers ne peuuent bailler leurs demandes, ny trauailler les heritiers. Il y a trois mois francs, apres il faut qu'il y deffende. Apres que les demandes sont baillées, & que l'heritier a deffendu, le Iuge peut vuider les demandes par prouision, & à la charge de bailler caution par le creancier qui aura obtenu, & d'assister au iugement general de la discution, & y rapporter leurs pieces pour estre alloüées selon l'ordre des hypotheques.

En la discution generale, le Iuge met au premier rang les frais de l'inuentaire, les frais funeraires au second, & apres par l'ordre de la priorité ou posteriorité des contracts & obligations.

Et par ledict ordre les creanciers sont payez tant que le bien le peut porter ; souuentesfois les derniers en datte perdent leur debte quand le bien ne peut aller si auant.

Quand le payement se faict en fonds, les derniers creanciers peuuent par droict d'offrir en payant les premiers, auoir les pieces sur lesquelles ils auoyent executé;

nous

nous parlerons ailleurs de ce droict d'offrir. tot. tit. de pignor.

Il faut aussi noter que ceux qui demandent par vindication de fonds & actions reelles, ne sont tenus d'entrer en ladite discution. Cecy suffira pour maintenant, pource que vulgairement peut eschoir en telles procedures de benefice d'inuentaire.

DE LEGATIS.

LEGATVM dicitur donatio à testatore relicta, ab hærede præstanda. §. 1. h. tit.

Legatorum formulæ, quæ olim erant per vindicationem, damnationem sinendi modo, & perceptionem, sublatæ sunt, & Iustiniani constitutionibus quibuscunque verbis legata fiant valent. §. nostra autem, h. tit. Itaque videtur inutilis esse quæstio, & disquisitio verborum solenium, quibus necesse erat legata in sua quaque specie fieri, cùm ea abolita & antiquata sunt: horum tamen formulæ habentur apud Theophilum, Vlpianum, & Iulium Paulum. l. 1. de hæred. inst.

Porrò cùm institutio hæredis sit caput & fundamentum testamenti ante hęredis institutionem

legata facta nulla erant, oportuit namque vt legata institutionem vniuersalem sequerentur. Vlp. tit. 1. & 24. titulorum suorum, & in l. Paulus, lib. 3. sent. recept. c. 6. Sed hoc sublatum est à Iustiniano, quia & ante & post hęredis institutionem legata facta valent. §. ante hęredis institutionem, h. tit. l. antiquitates 24. C. & testam. & l. cùm pater 77. §. fidei tuę. ff. de leg. 2.

His autem legari potest, cum quibus est testamenti factio passiua hoc est, qui ex testamento capere possunt: §. legare, h. tit. qui autem capere possint, suprà diximus. Sed quod incertæ personæ relinquitur, non valet, nec quidem fauore libertatis. §. incertis autem §. libertus, hoc tit.

Incertæ autem personæ de certis, veluti, & ex cognatis meis, qui filiam meam duxerit, centum do, lego, legatum valet. §. sub certa, hoc tit. Incertus quoque tutor dari non potest. §. tutor, h. tit.

Legat quandoque testator res suas, hęredis, aut alienas. §. non solùm, h. tit.

Suas quidem legę XII. Tabularum poterat, quia rerũ suarum quisque est moderator & arbiter, & vti quisquis legasset, ita ius esto; verbũ enim legati generale est, & ad omnem dispositionem pertinet, siue institutione hęredis, legato, donatione

tione tutoris, & libertatis datione; hodie ad id particulare, quod testamento relinquitur, redactum est.

Res hæredis potuit etiam legare testator, cùm eadem & testatoris & hæredis persona esse censeatur, nec potest hæres factum defuncti improbare; & testatoris, & hæredis vnum videtur esse patrimonium. l. debitori. C. de pact. tum etiam quòd adeundo hæreditatem videtur hæres cum testatore contrahere; ergo quasi contractu teneri. §. hæres quoque & oblig. quæ, &c. Idque siue testator sciuerit, siue ignorauerit rem esse hæredis, legatum valet.

Rei autem alienæ legatum valet, siquidem testator sciuerit esse alienam; hoc enim casu hæres redimere tenetur: aut si redimere nequeat, æstimationem præstare. §. & non solùm, hoc tit. Sec an sciuerit legatarius, qui agit probare tenetu non hæres ignorantiam; ei enim, qui agit, in cumbit onus probandi. §. & veriùs. Non est au tem verisimile; si suam esse non credidisset, eam se legaturum. §. non solùm. infrà.

Si tamen coniunctæ personæ res aliena à test tore, sciente, aut ignorante alienam, legata sit, a hærede debetur: sed videndus Iason in iure Por tificio; legatum rei alienæ habent, vbi latissimè c

legato rei alienæ quæſtionem diſcutit. Iul. cùm rem alienam. C. de legat.

Quòd ſi viuo adhuc teſtatore legatarius rei aliena eiuſdem rei ex cauſa onerosa, nempe emptionis titulo, dominus factus eſt, & poſteà teſtator moriatur, legatarius habet contra hæredem actionem ad pretium: ſed ſi ex cauſa lucratiua ſit dominus factus, nulla aduersùs hæredem actio datur, quia duæ cauſæ lucratiuæ eidem pro eadem re non competunt, & concurrere nequeunt. §. ſi res aliena, hoc tit. Si tamen proprietatem legatarius ex cauſa oneroſa, vſumfructum ex lucratiua ſit conſequutus, deducto vſufructu æſtimationem proprietatis ab hærede conſequetur, §. ſi cui fundus, h. tit. adeò vt pro ea tantùm parte, pro quã legatũ rei alienæ viuo teſtatore legatarius eſt aliunde conſequutus, cũ titulo oneroſo, ab hærede æſtimationem conſequatur, non pro qua parte legatũ cum cauſa lucratiua alio titulo quæſiuit.

Sed quamuis teſtator legauerit rem ſuam, quam alienam exiſtimauerat, valet tamen legatum; quia plus valet quòd in veritate eſt, quàm quod in opinione. §. ſi quis rem, h. tit. Quod dictum eſt de rei alienæ legato, idem dicendum de re obligata & pignori nexa; ſi enim ſciens obligatũ teſtator legauerit, redimere hæres, & pignus luere tenetur.

§. ſed

§. sed si ei rem obligatam. h. tit. Nec refert ante, aut post testamentum res pignori data fuerit; quia quamuis post testamentum, non propterea testator legatum adiuisse videtur, §. si rem suam, h. tit. & l. qui post testamentum. C. de leg. De reuocatione & ademptione infrà dicemus.

Quamuis testator rem hæredis legare possit, quia duorum idem patrimonium esse videtur, tam legare rem legatarij ipsi legatario non potest, & inutile legatum est, quia quod legatarij est amplius eius fieri non potest. Itaque ita verum est, vt quamuis post legatum factum legatarius alienauerit, nec rem, nec æstimationem ab hærede consequi possit. §. sed si rem, h. tit.

Idem dicendum, si debitor id quod debet creditori legauerit, legatum nullum est, nisi aliquid addatur ex quo commodum sentiat, veluti si cùm in diem, vel sub conditione deberetur, præsenti die solui creditori testator mandauerit. §. ex contrario, h. tit.

Eiusdem ferè est qualitatis legatum factum à marito vxori dotis causa, quia nisi expressa certa quantitate non valet: expressa autem certa quantitate valet. §. sed si vxori, h. tit. Sed quando legatum factum est simpliciter vxori, non expressa dotis causa, potest & legatũ & dotem consequi,

quando

quando non apparet ex verbis teſtamenti voluiſſe teſtatorem alterutro, hoc eſt, aut dote, aut legato eſſe contentam.

Creditor autem liberationem legare debitori poteſt. §. ſi quis debitori, hoc tit. Res item non ſolùm corporales, ſed incorporales, veluti iura & actiones legari poſſunt. §. tam autem, h tit. De corporalibus & incorporalibus diximus ad tit. de reb.corp.& incorp. Factum legari quoque poteſt, veluti, Hæres meus, dominum Titij refice; vel, Illum ære alieno libera. §.ſed, & tali, h.tit.

Si ſeruus homo, aut aliud in genere legatum ſit, valet legatum, & electio ad legatarium pertinet, niſi contra teſtator ſenſerit, aut niſi res in hæreditate reperiatur; tunc enim electio eſt hæredis. §. ſi generaliter, h. tit. vbi gloſſ. & l. ſi ſeruus, 108. §. ſi homo. ff. de leg. l. 1.

Sed quando optionem expreſsè legatario reliquit teſtator, vt quem volet optet, electio eſt legatarij; quòd ſi pluribus electio relicta ſit, & in electione diſſentiant, iudex ſorte negotium dirimere debet. §. optionis, hoc tit.

Legatum valet rei futuræ, quæ eſſe ſperatur, veluti ſi fructus futuri, aut partus ancillæ legatus ſit, & fœtus pecoris. §. ea quoque res. hoc titulo.

Quòd

Quòd ſi teſtator eandem rem duobus legauerit, æquis partibus, vtrique acquiritur: ſed altero recuſante, iure accreſcendi pars deficiens collegatario acceptanti accedit. §. ſi eadem, h. tit.

Quòd ſi vni duæ res perſonaliter legatæ ſint, & vna pereat, altera tamen debetur, veluti, Stichum & Pamphilum do, lego, ſi moriatur Stichus & Pamphilus, nihilominus debetur. Sed quando aliquid perſonaliter, aliquid acceſſoriè ſimul eidem legatur, veluti cùm ſeruus cum peculio, aut fundus cum inſtrumento legatur, ſublato ſeruo & mortuo, aut perempto, peculium & inſtrumentum non debetur. §. ſi quis ancillas, hoc tit.

Sed quando grex, aut peculium legatur, id legato comprehenditur, quod extat mortis teſtatoris tempore, ſiue augeatur, ſiue decreſcat. §. ſi grex, & §. ſi peculium, ſi modò peculium de rebus peculiaribus augeatur.

Diximus his legari poſſe, quibuſcum eſt factio teſtamenti paſſiua. §. legari, hoc tit.

Poſthumus alienus olim inſtitui non poterat, ſed hodie poteſt, modò ex ea ſit natus, quæ vxor teſtatori eſſe potuerit. §. poſthumo, & §. ſed nec, & §. poſthumum, hoc tit.

Qui poſthumi ſint ſui, qui extranei ſuprà diximus. Sui dicuntur, qui cùm naſcuntur primum

gradum inter liberos obtinent: extranei, quibus obſtat pater, qui primum gradum obtinet, & ex emancipatis & reſpectu matris, quæ filios in poteſtate non habet. Seruo hæredis an legari poſſit, vide §. an ſeruo. Eſt inutilis quæſtio, quia non eſt in vſu, vti ſæpe diximus.

Error nominis, aut falſa demonſtratio legatum non vitiat, ſi modo de perſona, aut de corpore conſtet; quia nomina rei demonſtrandæ cauſa impoſita ſunt, de qua ſi alioqui conſtet, non vitiatur legatum, propter errorem nominis, aut cauſę. Idem ſi falſa cauſa adiecta ſit legato non conditionaliter.

Prioris exemplum eſt, cùm teſtator vnicum haberet ſecum, nomine Seius, ita legauit: Titium qui mihi ſeruit do, lego, legatum valet, & de Seio intellexiſſe videtur, cùm alius illi non ſeruiret.

Secundi exemplum: Stichum ſeruum meum vernam do lego, quamuis verna non fuerit ex ancilla natus, ſed emptus, tamen legatum valet, & legatario Stichus tradi debet.

Tertij exemplum: Titio, qui negotia mea geſſit, centum do lego: & ſi negotia non geſſerit, legatum debetur: contrà ſi conditionaliter, ſi negotia geſſerit do lego, quia niſi geſſerit, legatum non debetur.

betur. §.huic proxima. si quis in nomine. §. longè magis,hoc tit.

Legatum etiam relinqui potest post mortem hæredis,aut pridie quàm moriatur,exemplo fideicommissi. §. post mortem,hoc tit. sunt enim ferè in omnibus legata æquata fideicommissis. §. sed non vsque,hoc tit.

Quæ pœnæ nomine relinquũtur, aut adimuntur, valent, nisi legibus interdicta, aut impossibilia. §. pœnæ quoque, h. tit. veluti,si hæres meus filiam suam dederit Caio, dato Seio centum, & è contrà,si non dederit,&c.

Adimuntur autem legata contraria dispositione, aut si rem legatam alienauerit testator, aut nomen legatum exigerit, si quidem eo animo vt reuocet fecerit, siue necessitate ductus, aut etiam nulla vrgente necessitate. §. si rem suam, h. tit. & l. rem legatam. ff. de adim.leg. & §. tam autem, hoc tit. & tit. seq. de adim. leg.

Hæc sunt quæ Iustinianus de antiquis legatorum formulis sublatis, quid legatum, de quibus rebus,quibus personis fiant,quomodo & quando, quibus remediis adimantur,dixit.

Actio ad legatum est in personam, quia ex testamento aduersùs hæredem datur, est & in rem

ſcripta, quia aduersùs tertium legati poſſeſſorem competit.

Actio autem triginta annorum ſpatio,& cæteræ actiones perſonales extinguitur.

Prælegata dicuntur quæ teſtator præcipua & vltra inſtitutionem, & partem hæreditatis cohæredibus non communicanda reliquit, vti Papinianus reſpondit,in l. filio pater, 89. l. quid ergo, 92. Marcellus in l.ſed ſi non,90. ff. de leg.1. niſi hæres de reſtituenda hæreditate grauatus ſit; etiam grauatus reſtituere prælegatum. l.cùm res per ſe. C. de legat. & l. 3. quidam liberos. vbi Bart. ff. ad S.C.Treb.

LE LIBEAV.

SVpplie humblement Caius, diſant que Sempronius par ſon teſtament luy auroit legué la ſomme de cent eſcus,ou vne telle maiſon, ou vne telle obligation, ou quelque autre choſe, ayant faict ſon heritier vniuerſel vn tel, lequel a accepté l'heritage. Apres la mort du teſtateur s'eſt porté pour heritier, & eſt tel tenu & reputé, ayant faict actes hereditaires, quæ citra ius & nomen hæredis fieri non potuerunt. *Conclud qu'il ſoit condamné à payer ou vuider leſdites choſes, auec deſpens,dommages & intereſts, & ſi c'eſt vn fonds auec reſtitution de fruicts.*

DE

De lege Falcidia.

Lege duodecim Tabularum cùm libera fuiſſet cuíq; teſtandi facultas, lege Furia & Veconia paululum diminuta: ſed tandem lege Falcidia à Falcidio Tribuno plebis rogata ita proſpectum eſt, vt quidem libera ſemper maneat teſtamenti ordinandi ratio; ſed ita tamen, vt non exhauſta legatis hæreditate, cùm inutile & inane nomen hæredis eſſet, hæreditates repudiarent ad cauſam inteſtati teſtamentum reduceretur, atque ideo cautum eſt, vt teſtator quidem hærede inſtituto non vltra dodrantem cum legatis oneraret, & illi ſalua quarta pars hæreditatis eſſet; quòd ſi vltra dodrantem legaret, tantumdem de legatis retineret, quantum quartæ parti deeſſet, quę quarta de legatis detracta Falcidia appellatur. Itaque cùm hæredes videbant inſtitutionem non eſſe inanem vt inutilem, & beneficio Falcidię ſe quartam conſequi. Et hoc commodo iuuari teſtamenta ſuſtinebantur, & cauſa teſtati ad inſtati cauſam non reuocabatur, nec teſtator hęrede priuabatur teſtamentario. ſ.1.h.tit.

Quòd ſi plures hæredes ſint inſtituti, & ſepa-

ratim legatis grauati, quisque ex sua parte, ne inanis sit, quartum retinet. §. & cùm quęsitum, h. tit.

Spectatur autem quale patrimonium fuerit tempore mortis, vt neque augmenti, neque diminutionis ratio habeatur: si quidem post mortem euenerit, §. quantitas, h. tit. cùm hęredi liberum sit, ne in dãno versetur, adire aut non adire; sed cùm legata non adita hęreditate pereant, debent sibi prospicere legatarij, vt aliquo hęredi dato eum ad adeundam hęreditatem moueant, & inducant. d. §. quantitas.

Sed in ineunda Falcidię ratione, primùm ęstimatione patrimonij facti deducitur æs alienum, funeris impensa, pretia seruorum manumissorum libertatis fauore, & si ex deducto legata dodrantem excedant, quarta deducitur à legatis, pro ea parte, quę ad quartum sufficere, & in eam imputari debeat, §. fin. hoc tit.

Quę autem in Falcidiam imputentur, videbuntur ad titulos iuris. ff. & C. ad l. Falc. hęc pro præludio ad maiora & breui institutione à Iustiniano data sufficiant.

LIBELLVS.

Supplie, &c. disant qu'ayant esté faict heritier testamentaire par vn tel, il auroit faict tant de legats

gats qui excedent les trois quarts de l'heritage, rendant le tiltre hereditaire onereux, vain & inutile. Ce consideré, vous plaise ordonner que les legataires seront appellez pour voir dire & declarer que sur le chacun d'eux le suppliant detraira & retiendra la quarte part des sommes & valeur des choses à eux leguées, & en cas de contredict demande despens.

DE FIDEICOMMISSARIIS hæreditatibus, & ad S.C. Trebellianum.

PRINCIPIO fideicommiſſum, quod ex fide & fiducia eorum quibus committebantur, dictum erat, & pendebat, eueniebat vt plurimum, cùm cogi non poterant præſtare ea, de quibus rogabantur, eſſent infirma & inutilia; h.tit. in primis.

Sed hodie ad eam neceſſitatem redacta ſunt, vt qui rogatus eſt fideicommiſſum præſtare, teneatur & reſtituere id, de quo rogatus eſt, ídque propter perfidiam eorum, qui cùm nullo alio iuris vinculo quàm pudore eorum, de quibus rogati erant, tenebantur, id ipſum non præſtabant, atque ideo creatus iudex, qui de fideicommiſſis præſtandis ius dicebat, & negotium iuramento dirimebatur,

mebatur, si scriptura aut testibus probari non poterat, §. in primis, h. tit.

Sed vt quis restituere teneatur, necesse est primum institui, nisi enim aliquod commodum sentiat, grauari non potest, §. in primis, h. t.

Tametsi iuris interpretatione in plerisque causis, qui grauatus est de restituendo, institutus videatur, cùm verisimile non sit, testatorem eum grauare voluisse, quem non instituit & honorauit, institutio enim honor est, fideicommissum onus: onus autem non tenetur suscipere is, qui nullo honore & lucro afficitur, §. potest, inf. tit. seq. de sing. reb. per fid. relict. & l. plures. §. vlt. & l. videretur. §. de leg. 2. & aliis locis.

Sed fideicommissa aut sunt vniuersalia, hoc est, vniuersitatis totius, aut partis ipsius, §. in primis, & vt h. tit. aut rerum singularum, quæ legati nomine continentur. inf. tit. seq. Verba autem hæc sunt, Peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo, vt restituas hæreditatem aut rem singularem. §. fin. tit. seq.

Nec solùm testamento, sed & ab intestato fideicommissa relinqui possunt, hoc modo, Quisquis mihi hæres ab intestato fuerit, hæreditatem eam, aut partem eius Titio restituas, §. præterea, hoc tit.

Is

Is autem, cui reſtitutio fit, actiones omnes actiuas & paſſiuas ſuſcipit, in eúmque transferuntur, cùm tota hæreditas, aut pars in qua inſtitutus erat, reſtituitur: §. reſtituta, h. tit. ſed poſteaquam Pegaſiano, & poſtea S. C. Trebelliano conſtitutum eſt, vt hæres quartam retineret, & dodrantem tantùm reſtitueret, dicta quarta retenta, tunc actiones hæreditariæ pro quarta remanent penes hæredem, & aliæ pro dodrante tranſeunt in fideicommiſſarium, & vterque pro rata ſuæ petitionis ad onera tenetur hæreditaria. Quòd ſi inuitus adeat vt reſtituat, & integram hæreditatem reſtituit, omnia onera in fideicommiſſarium transfert, §. ſed quia. §. ergo §. ſed ſi recuſabat, hoc tit. neque refert ſiue totam, ſiue partem hæreditatis reſtituere rogauerit, §. nihil autem, eod.

Siue autẽ ſimpliciter rogatus ſit totam reſtituere, & quartã retineat, ſiue retenta quarta ſit grauatus, ſiue & ſuſcipere pro retẽta parte onera tenetur.

Quòd ſi rogatus ſit reſtituere, vna certa re retenta, & ſi quartam excedat, ad nulla tenetur onera, quia hæc retentio loco legati habetur, & hoc caſu fideicommiſſarius ſibi cauere debet, & conſulere, & deliberare, adeat, necne, & an ſibi expediat hæreditatem reſtiui, §. ſi quis vna aliqua re. hoc tit.

Onera autem quæ propriè ſunt hæredis grauati quæ fideicommiſſarij, ſcribit G. Papæ, deciſ. 296. & ait ſolutionem legatorum ad fideicommiſſarium in ſolidum pertinere : ſolutio autem impenſarum funeris defuncti, & debitorum eiuſdem, pro quarta ad hæredem, & pro dodrante ad fideicommiſſarium.

Illud animaduertendum eſt, ſi is qui rogatus eſt erat de liberis, detrahit reſtituendo quartam, quæ legitima dicitur, & iure naturæ debetur, & quartam ex Trebelliano.

Quarta autem quæ legitima dicitur, habita ratione ad vniuerſum patrimonium, æſtimatur ſiue triens, ſiue ſemis eius portionis, quam habiturus erat ab inteſtato : ſed ſi extraneus hæres fuerit, detrahit tantùm quartam ex Trebelliano, quæ ex ea parte, quam rogatus eſt reſtituere, detrahitur; quæ quidem minuitur, imò & inanis plerunque redditur fructuum perceptione. *Car ſi les fruicts du tout perceus auant la reſtitution equipollent à la quarte, elle demeure du tout confuſe & compensée, combien que s'ils excedent ladite quarte il n'eſt tenu à la reſtitution.*

Fideicommiſſa autem purè, vel ſub conditione, aut ex certo die relinqui poſſunt. §. in primis, in fine, hoc tit. Porrò in liberis primi gradus hæ-

redibus

redibus institutis Trebellianica prohiberi à testatore non potest, extraneis potest, Guid. Pap. q. 51. adeò vt si extraneus sit hæres institutus, & post mortem restituere grauatus totam hæreditatem, & sine vlla diminutione quarta detrahi non potest, ex Trebelliano.

DE SINGVLIS REBVS PER fideicommissum relictis.

QVòd res singulares per fideicommissum relinqui possint, scribit Imp. hoc tit. in princ.

Sed ex particularibus fideicommissis quarta nulla detrahitur.

Sed nisi commodum sentiant priuari non possunt, §. potest, hoc tit. Et hoc etiam casu res testatoris hæredis & extranei per fideicommissum relinquuntur, vti etiam legari possunt, d. §.

Imperator hîc, §. libertas. §. qui autem, loquitur de libertate quæ directò, aut per fideicommissum relinquitur expresse, aut tacitè: diuino casu quando libertas datur, aut hæres grauatur de seruo liberando: tacitè quando seruus hæres instituitur, qui necessarius hæres & liber fit.

Sed cùm directè libertate donatur, testatoris libertus manet: si per fideicommissum hæredis libertus est.

Quòd si seruo alieno libertas data est, tunc libertatem consequitur quamprimum redimi seruus potest, quod ex voluntate domini pendet; æstimationem enim præstare non tenetur, cùm libertus æstimari nequeat.

DE CODICILLIS.

VSVS Codicillorum temporibus Augusti esse cœpit Trebatio consulente, cùm ante eum Lentulus vsus fuisset, & postea Labeo.

Fiunt autem vt aliquid addatur, aut detrahatur testamento facto, quo fit vt etiam dicantur inesse ipsi testamento, & ex eo pendere.

Qui fiunt quinque testibus adhibitis.

Sed hæreditas directò dari, nec adimi codicillis potest.

Tamen per fideicommissum potest siue ante, siue post testamentum fiant, quòd rogati præsumuntur qui ab intestato vocantur, hæreditatem hæredibus scriptis in codicillis restituere.

Idem

Idem operatur clauſula codicillaris, quæ teſtamentis apponi ſolet, hoc modo : & ſi teſtamentum non valeat, aut valebit iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, & alio meliori quo valere poterit.Hoc enim caſu etſi teſtamentum infirmaretur,præteritione liberorum,per hanc clauſulam ſuſtinetur.

Tunc tamen hæredes ab inteſtato vnicam tàntùm quartam detrahunt inſtituendo, nempe aut legitimam,aut Trebellianicam.

Poteſt etiam quis inteſtatus decedens fideicommittere codicillis,vt hæreditas reſtituatur.

Prætereà plures codicillos facere poteſt vſque ad mortem, eſt enim voluntas ambulatoria ; ſed vltimi derogant prioribus, ſi modò ita de voluntate conſtet, hoc eſt, niſi expreſsè diſpoſitum eſt, vt quæ priùs diſpoſita ſunt codicillis valeant.

INSTITVTIONES D. IVSTIN. IMPER.

AD VSVM FORENSEM ACCOMMODATÆ.

LIBRI TERTII TITVLVS PRIMVS.

DE HÆREDITATIBVS QVÆ ab inteſtato deferuntur.

POST ſucceſſionem vniuerſalem quæ teſtamento defertur, conſequens fuit de ſucceſſione quæ ab inteſtato dicere. Quandiu enim ex teſtamento adiri poteſt hæreditas, ab inteſtato non datur. l. quandiu,39.ff.de acq.hæred.& l.huic,in princ.ff. ſi tab.teſt.null.ext. l.antequam ibi, ei qui,C. comm. de ſucceſſ.

Inteſtatus

Inteſtatus autem decedit,ait hîc Imperator,qui aut omnino teſtamentum non fecit, aut non iure fecit, aut id quod fecerat ruptum irritúmve factum eſt,aut ſi ex eo nemo hæres extiterit.§.1.Vlp. l.1.ff.de ſuis & legit.hæred.

Quia paria ſunt teſtamentum non eſſe factum, aut eſſe cuiuſmodi quod iure non ſuſtineatur, & ex quo hæres eſſe non poſſit.

Cùm enim hæredis inſtitutio ſit caput teſtamenti, ſi hæres eſſe nequeat, aut nolit teſtamentum ſubſiſtere, non poteſt, quo fit vt ſucceſſioni ab inteſtato locus ſit.

Ordo autem ſucceſſionis ab inteſtato, ſiue iure ciuili,ſiue iure prætorio,hîc eſt vt primò lege XII. Tabularum, & per bonorum poſſeſſionem vnde liberi ad liberos hæreditas deferatur, in quo Prætor officio & edicto ius ciuile iuuare videtur cùm his qui lege XII. Tabularum vocantur, etiam bonorum poſſeſſionem vnde liberi polliceatur.

Liberorum autem quidam qui ſunt, qui nempe in poteſtate patris tempore mortis reperiuntur, quales etiam ſunt nepotes, quibus pater præmortuus locum fecit, ſiue natus, ſiue poſthumus viuo patre, aut auo conceptus, ex matrimonio legitimo, aut per ſubſequens matrimonium legitimus factus. §. 2. 3.& 4. hoc tit.

Et

Et ideò ſui dicuntur qui derepente hæredes fiunt; & ignorantes ipſo iure, & ſine vllo facto, quo fit vt etiam furioſo, ſine curatoris authoritate hæreditas patris acquiratur. §. 5 eod.

Quandoque tamen is qui tempore mortis ſuus non erat, veluti filius qui captiuus apud hoſtes erat, reuerſus tamen iure poſtliminij ſuus efficitur; quia fingitur nunquam apud hoſtes fuiſſe. Contra, qui tempore mortis ſuus erat; damnato patre poſt mortem maieſtatis crimine, cùm memoria eius & ſuorum tollatur, & hoc caſu non amittit ius ſui hæredis, ſed eſſe deſinit. §. interdum, hoc tit.

Emancipati autem liberi ciuili iure non admittebantur, ſed iure prætorio quo ius ciuile emendatum eſt admittuntur, & eis defertur bonorum defuncti parentis poſſeſſio, vnde liberi ſiue ſoli ſint, ſiue cum ſuis concurrant. §. emancipati, hoc tit.

Adoptiui autem liberi aliquando & patris naturalis ſucceſſione, & adoptantis priuabantur, nempe ſi matris patre naturali ab adoptiuo patre emancipantur; quia neque ad patris naturalis ſucceſſionem vocabantur tanquam liberi; neque tanquam agnati deficientibus, licèt à Prætore tanquam cognati aliis liberis & agnatis ad-

mitterentur, ad patris adoptiui nullo iure semel sublato adoptionis vinculo filius esse desiderat. §. at hi, & §. eadem, h. tit. Sed hodie Imperatoris constitutione sui, in l. penul. C. de adopt. in adoptionem dati extraneo iura sua naturalia retinent, & patre ab intestato hac constitutione cum cæteris liberis concurrunt; §. sed ea, hoc tit. idem si ascendenti in adoptionem suus datus sit. l. cùm in adoptiuis. C. de adopt. d. §. sed ea.

Sed naturali ita demum adoptiuus succedit, & adoptio durauit vsque ad mortem, & ab intestato decessit. Si autem testamentum condidit filius adoptiuus, tabulas impugnare non potest, nec querela iuuatur etsi præteritus sit. d. l. cùm si adoptionis.

Quod si ex liberis suis emancipatis concurrant nonnulli ex filiis præmortuis, aut filiabus, nepotes sublata sexus differentia in stirpes admittuntur, vt nepotes partem patris, aut matris prædefunctorum obtineant: idem quoque si mortuis liberis extent nepotes soli, quia in stirpes succedunt, nempe si ex vno ex liberis extent duo nepotes, hi dimidiam hæreditatem consequuntur, si ex alio filio quatuor nepotes extent, hi aliam tantùm dimidiam hæreditatis obtinebunt.

Et hæc sunt quæ Imperator referre voluit ad primum

primum gradum successionis ab intestato quæ liberis defertur.

Superflua mihi & inanis illa quęstio videtur quę ex edicto Prætoris moueri solet de coniungendis cum emancipato liberis. Cùm enim emancipati cum suis admittantur ad successioné parentis, & sui quidem excludant ex eis nepotes, ita & emancipati excludunt filios suos à successione aui. glos. I ul. 1. in prin. vers. hoc edictum. ff. de coniug. cum eman. lib. Nouell. 118. de hæred. ab intest. ven. & d. l. agn. iur. subl. & gl. in §. si quis in verb. suæ potestatis, ibid.

DE SENATVSCONSVLTO *Orficiano.*

SED quòd diximus de successione liberorum in hæreditate parentis, siue iure ciuili, siue iure prætorio, siue sui essent, siue emancipati, non extendebatur ad liberos quando de successione matris generabatur, quibus ante S.C. Orficianum non erat prospectum.

Sed hoc lato & recepto demum filij matri & auiæ succedere cœperunt, & post eos ex his nepotes constitutionibus Imperatorum, hic. §. 1.

Exemplo nempe aliorum liberorum, quorum & nepotes quibus locum fecerunt admittuntur.

Quo quidem S.C. etiam prospicitur liberis naturalibus, qui concurrunt in successione matris cum legitimis, siquidem ex licita consuetudine naturales procreati sint. l. si qua illustris. C. ad S.C. Orfici. Quòd si aut nefarij, aut incestuosi sint, non concurrunt cum legitimis, neque etiam succedunt cùm damnati sint. gloss. in §. nouissimè, in verb. admitti, hoc tit.

Sed si mater illustris fuerit, nusquam naturales cum legitimis concurrunt. d. l. si qua illustris, & gl. iud. §. nouissimè.

Sed patri ab intestato non succedunt, siue extent, siue non extent legitimi; quia cùm pater is sit quem nuptiæ demonstrant patrem certum, naturales non habent, quò ficti nulla esse possit successio eius qui iudicari non potest, testamento tamen legitimis non extantibus, vti alius quiuis extraneus, institui naturalis à patre potest.

De

DE LEGITIMA AGNATO-rum succeßione.

QVAMVIS Imperator hoc titulo nihil de successione parentum, nisi in §. fin. loquatur, ordo tamen successionum is est, vt deficientibus liberis, siue prole, parens admittatur ad successionem, ordine tamen turbato, l. nunc & si parentibus. ff. de inoff. test. l. XII. Tab. l. XII. Tabularum, tanquam proximiores agnati, admittebantur, vt eis relinqui legitima debuit, d. l. noui etsi. sed mater incognita erat, l. XII. Tab. cui S. C. Tertylliano prospectum est, & ad filij præmortui successionem admittitur, sublatáque agnationis, & cognationis differentia, si pater extet vnà cum eo ad filij successionem vocatur.

Quòd si etiam extabunt fratres defuncti filij, concurrunt cum patre & matre, & in viriles partes succedunt.

Ante S. C. Tertyllianum, mater non admittebatur, nisi ex ea parte qua Prætor hæreditatem defert cognatis. tit. vnde cognati.

Sed hodie admittitur, vti dixi, ad successionem, siue sola sit, siue pater concurrat, siue etiam de-

functi filij fratres & sorores, sublata differentia à Tertylliano inducta, §. & quoniam mater, auth. de nupt.

Et quemadmodum defunctæ matri succedit vulgò quæsitus naturalis, ita & mater vulgò quæsito naturali filio succedit, §. fin. hoc lib. de S. C. Tertyl. tit. 3.

Quòd autem diximus matrem succedere filiæ, id verum est, si modò impuberi tutorem petierit, & decerni curauerit, quòd si non fecerit & impubes decesserit, hæreditate priuatur, §. sed quemadmodum, d. tit. ad Tertyll.

Cùm igitur tres gradus enumerentur successionum quæ ab intestato deferuntur, primus est descendentium, qui sunt filius, nepos, pronepos, & qui sequuntur linea directa: ita tamen vt nepotes non admittantur quandiu pater obstat. Sed si plures sint filij, si vnus decesserit relicto nepote, aut pluribus nepotibus, si cum alio filio superstite auo succedunt, & per repræsentationem patris prædefuncti, in eodem gradu esse censetur: sed in stirpes succedunt: idem quoque aliis gradibus filiorum & descendentium.

Secundus gradus est ascendentium qui vocantur, si filius de cuius hæreditate agitur nullos reliquerit liberos, vocatur pater, mater, & his deficientibus

cientibus auus,auia. Denique & cæteri aſcendentes ſecundùm gradus,prærogatiuam qui quandoque concurrunt in ſucceſſione liberorum cum alis liberis defuncti liberi,fratribus, aut ſororibus, ſemper enim tollitur ſexus differentia.

Tertius eſt collateralium,quales ſunt agnati & cognati.

De agnatis hoc titulo agit Imperator,quos definit eſſe eos qui per virilis ſexus perſonas cognatione iuncti ſunt: idem dixit ſuprà de legitima agnatorum tutela, veluti qui ex parte patris tibi iunguntur, agnati dicuntur qui ex parte matris cognati.

Qui autem ex parte patris iunguntur, & aliorum aſcendentium maſculorum,agnati dicuntur, ſiue ipſi maſculi ſint, ſiue fœminæ: nam frater & ſoror, qui ex eodem patre ſunt conſanguinei, dicuntur & agnati fratres & ſorores patris, ſunt etiam agnati; quia ex parte patris tibi ſunt coniuncti.

Sed agnatorum & cognatorum inanis eſt quæſtio; quia iura noua in authenticis de hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur, §. nullam ibi. in ſucceſſione,hac tollitur omnino differentia agnationis & cognationis.

Itaque ſiue ex parte patris, ſiue ex parte matris coniuncti

coniuncti ſint, ſi in eodem gradu ſint, ad ſucceſſionem vocantur cuiuſcunque ſexus fuerint, veluti ſi defunctus nec liberos, nec aſcendentes reliquerit, primo loco fratres, & ſorores eius vocantur, aut fratris præmortui liberi, qui cum aliis fratribus in ſtirpes ſuccedunt, auth. ceſſante, d. l. de legit. hæred. ceſſante ſucceſſione lineæ deſcendentis, & eius quæ ſola ſit aſcendentis, vocantur primò fratres, fratríſque præmortui filij in ſtirpes.

Sed fratri defuncto ſuccedunt fratres ex vtroque parente coniuncti, qui præferuntur aliis fratribus qui ex parte tantùm vnius parentis tantùm coniuncti ſunt; imò verò & filij ex fratribus vtrimque coniunctis, præferuntur aliis fratribus ex vno tantùm latere coniunctis, etiāſi tertio gradu ſint filij ex fratribus vtrimque coniunctis.

Poſt eos qui vtrimque coniunguntur, & eorum filios, vocantur fratres ex vno latere coniuncti, & eorum liberi, auth. poſt fratres. eod. C. de legit. hæred. Cùm autem fratrum filij ſint pares gradu defuncti fratribus, proculdubio præferuntur patruis, auunculis, & ſimilibus, d. auth. poſt fratres autem, eod. vbi ait in fine Imperator in his ſucceſſionibus ceſſare ſexus, & agnationis & cognationis rationem.

Poſt fratres & fratrum filios vocantur quicunque

que sunt proximiores, quales sunt patruus ex parte patris, & auunculus ex parte matris, & alij qui gradu proximiores erunt, sublata sexus differentia, sola spectata cognatione, & quotquot sunt in gradu, diuisio fit hæreditatis in capita, Auth. post fratres, 2. d. tit. de leg. hæred.

Proximior autem dicitur is qui tempore mortis reperitur, si quidem nullum fecerit testamentum is, de cuius successione agitur: quòd si testamentum fecerit, is erit qui tempore quo testamentum nullum, ruptum, aut irritum declaratum fuerit: §. proximus, h. tit. sed hîc locus indiget maiori explicatione; hæc tyroni & initianti sufficiant.

Sed vsque ad quem gradum defertur huiusmodi hæreditas proximioribus agnatis, ait Imperator, §. proximus h. tit. idque ex l. duod. Tabularũ, & ex edicto Prætoris, in §. vlt. de suc. cog. tit. seq. vsque ad x. gradum.

Hîc ordo successionis etiam in agnatione, quæ per adoptionem quæsita est, nulla emancipatione sublata locum habet.

Itaque quæ titulo de legitima agnat. & cognat. successione ab Imperatore tradita sunt, cùm abrogata sint per auth. de hæred. quæ ab int. def. vndè sumpta ea capita cessante: post fratres autem, &

post fratres fratrúmque filios re incerta, tit. C. de legit. hæredibus, non est diutius immorandum.

DE GRADIBUS cognationum.

IMPERATOR satis apertè ostendit gradus & ordinem agnationis & cognationis, & in fine huius tituli ait, per generationes colligi cùm persona generata gradum efficiat, quòd intelligendum est in vno gradu; licèt enim plures sint in eodem gradu generati, vnus tamen gradus tantùm dicitur quasi vna persona tantùm generata esset.

Veluti, & si pater plures habeat liberos, tamen vnus gradus est, & omnes æquè proximi patri dicuntur, & omnes pro vna persona generata habentur.

Idem de nepotibus, & pronepotibus, idē de fratribus & cæteris collateralibus. Qui gradus apertè sunt explicati, vt non alia indigeant interpretatione quàm ea quæ in tabula oculis subiicitur, ad quam recurrendum, non modò pro successione, sed pro matrimonij legitimi discussione; vide etiam quæ à Christoforo Porco hîc traduntur de

cogna

cognatione spirituali, & affinitate quæ matrimonium impedire potest.

DE SERVILI COGNATIONE.

SERVI, vti diximus primo libro, si quicquam acquirunt dominis, acquirunt alios hæredes quam dominos habere non possunt, qui non iure hæreditario, sed dominico bona à seruis quæsita consequuntur; sed his manumissis inter eos est ius successionis tale, quale est inter eos qui sunt liberæ conditionis.

§. REPETITIS.

HIC §. pertinet ad primum gradum successionis qui liberos respicit, de quo primo titulo diximus, vt quandiu extant descendentes, præferantur ascendentibus, & agnatis proximis, siue sui, siue emancipati sint, sublati etiam sexus differentia; quia & masculi & fœminæ eiusdem gradus simul admittuntur.

§. AMOTIS.

QVÒD etiam locum habet in successione collateralium, qui admittuntur sublato discrimine

agnationis & cognationis, & sexus differentia, vti suprà diximus, auth. de hæred. quæ ab intest. defer. ídque secundùm gradus prærogatiuam.

Excipio casum in quo filij fratrum & sororum cum aliis concurrunt. per auth. cessante. & aliis seqq. C. de legit. hæred.

DE SVCCESSIONE ET AGNAtione libertorum.

QVAMVIS hodie iura seruitutis perempta sint, & iura patronorum & libertorum non sunt in vsu pauca; tamen obiter dicendum est, ne quid antiquitatis ignoretur.

Seruus qui libertate donatus erat, maximum beneficium à domino consequebatur, vti dixi ex Terentio, qui Dauo liberto dixit, summum quod habui pretium persolui tibi Daue. Neque enim libertas æstimationem recipit, post libertatem consequutam, patronus liberti curam suscipiebat, & libertus honorem & obsequia patrono præstare tenebatur; l. 1. de obseq. à liber. præst. patr. l. 1. de ing. lib. & l. fin. de bon. lib. & iur. patro. C. adeò vt etiam ingratos libertos patronus in seruitutem reuocabat: ingrati erant qui tutelam detractabant filiorum patroni, & obsequia non præstabant. l. ingratus, ff. de iur. patron. Operæ autem præstan

præſtandæ erant, nempe obſequiales, vel officiales iure-munerationem acceptæ libertatis, aut fabriles ex lege & conuentione manumiſſionis, tit. de iur. patr. erant aliæ vtilitates quas patronus ex manumiſſione cõſequebatur, de quibus ſuprà: ſed vt libertate priuabatur libertus ſi patronus non aleret; ita & patronus iure patronatus ſi libertum inopem non alebat. Priuabatur enim iure patronatus, ſi libertus reſtitueretur natalibus; hoc eſt, ingenuitati; quia id conſentiente patrono fiebat; ſed ſi impetrauerat à Principe ius aureorum annulorum, ſaluum erat ius patronatus patrono, tametſi ingenuus fieret libertus.

Quòd pertinet ad ſucceſſionem liberti, patronus eius conſequebatur hæreditatem ab inteſtato, ſi & non extaret hæres legitimus; l. 12. Tab. & §. 1. hîc Imperator: & l. 13. ff. & ſuis & legit. hæredit. deinde iure Prætorio pro dimidia hæreditatis patrono adiudicata eſt: §. 2. hoc tit. deinde lege Papia, in virilem partem cum liberis liberti patronus vocatus, ſiquidem hæreditas eſſet centum ſeſtercium; ſeſtertius autem erat valoris duorum ſolidorum & ſemis, *& autant qu'vne piece de dix liards*, ex Budæo, lib. de aſſe. §. poſtea, eodem. decedentibus autem ſine liberi, Iuſtinianus hæreditatem patronis detulit.

Succedítque non solùm patronus liberto; sed & coniuncti patrono vsque ad quintum gradum, in capita secundùm prærogatiuam gradus. §.sed nostra constitutio. Nisi cùm patronus alicui ex liberis suis libertum assignauit: tunc enim ad hunc solùm peruenit liberi successio, §.1.de assig. lib.inst.neque refert testamento,aut aliter assignatio fiat, quæ tollitur emancipato filio; mortuo autem eo cui assignatio facta est,transit ius patronatus ad alios liberos.

DE BONORVM *possessione.*

DIXIMVS ius Prætorium introductum esse,aut iuuandi, aut corrigendi iuris ciuilis causa,quod videre est in bonorum possessionibus, quas defert Prætor quandoque, & qui iure ciuili hæres non est quandoque,& qui etiam eodem iure ciuili hæres esse potest,priore casu iuuat,secundo emendat ius ciuile.

Bonorum possessio nomen iuris est, quemadmodum diximus de hæreditate, idem quoque de hærede,& bonorum possessore nomina iuris sunt: sed Prætor non faciebat,bonorum possessorem fecit;

cit ; ſed ipſum conſequitur bonorum poſſeſſor, quod hæres ciuilis conſequebatur.

Sed hodie vſus bonorum poſſeſſionis in Gallia neceſſarius non eſt, quia agitur ad ius ſucceſſionis petitione hæreditatis.

Liberis tamen tempus petendi à Iuſtiniano conſeruatur, nempe annus,& cæteris agnatis & cognatis cētum dierum à die, à quo ſciuerunt ſibi delatam bonorum poſſeſſionem. l. 1. ff. de bon. poſſ. ſec. tab. & hoc eſt cùm ſciuerunt mortuum eſſe de cuius ſucceſſione agitur, l. 2. & l. quicunque. C. qui adm. ad bon. poſſ.

Ignoranti enim tempus non currit, d. l. quicunque.

Alia autem dicitur ſecundùm tabulas, alia contra tabulas, alia ab inteſtato defertur.

Secundùm tabulas dabatur hæredi ſcripto in teſtamento, aut nuncupato, & cùm dicit ſecundùm tabulas, intelligit ſecundùm teſtamentum; quia non minus Prætor defert bonorum poſſeſſionem hæredi ſcripto, quàm hæredi nuncupato; l. ſi ita ſcriptum, in fi. ff. de bon. poſſ. ſec. tab, quamuis propriè cùm de Tabulis loquitur, de teſtamento in ſcriptis intelligatur.

Oportet igitur extare tabulas aut teſtamentum extremas & vltimas, quas nullæ aliæ ſequantur,

tur, teſtamentum namque is verè dicitur quod vltimum eſt, & ex quo hæreditas, aut bonorum poſſeſſio defertur.l.1.ff.& bon.poſſ.ſec.Tab.

Et hæc bonorum poſſeſſio videtur ſuperflua, cùm hæredi teſtamentario ſatis iure ciuili ſit conſultum & proſpectum ad adeundam, acquirendam, & retinendam hæreditatem: ſunt tamen certi caſus à Bart. notati, in quibus neceſſaria vtroque iure videtur, in l.fin.C.inde legit.

Bonorum autẽ poſſeſſio contra Tabulas aliam ordine ſequitur, quæ prior & potior eſt; quia quandiu tabulæ extant, ceſſat ſucceſſio ab inteſtato, l. 1. ff. ſi tabul. teſt. null. ext. & hæc duplex eſt: nam datur contra teſtamentum in ſcriptis, & contra nuncupatiuum, l. 1. C.de bo.poſſ.cont.tab. liberti, quæ patrono & eius liberis datur, quæ eis defertur & eo ordine, quo iure ciuili ad ſucceſſionem vocantur, l.1.eod.tit.ff. hanc primò liberis Prætor defert.tit.de bon.poſſ. cont. tab. quan. lib. poll. C.

Liberos intelligit naturales & legitimos adoptiuos ſui iuris, aut emancipatos, ſi neque inſtituti vt oportet, & exhæredati reperiantur. Item & poſthumus, qui ſi in vtero eſt, venter in poſſeſſionem mittitur, l.1.& tot.tit.de vent.in poſſ.mitt.

Sed poſſeſſio quæ ventri tribuitur, detentio eſt

quæ

quæ non tribuit ius in proprietate donec partus edatur, & donec constet mulierem aut non esse prægnantem, aut abortum fecisse; quòd si pariat, plenam possessionem & proprietatem consequitur, l. 2. d. tit.

Accedit huic ea quæ ex Carboniano edicto defertur impuberi, cuius filiatio cõtrouertitur, & filiatio in causam pubertatis differtur. l. 3. ff. de Carb. ed.

Datur parentibus, & patruis bonorum possessio contra tabulas.

Ab intestato defertur bonorum possessio, primò, liberis, vnde liberi; secundò, vnde legitimi qui agnati dicebantur; tertiò, vnde cognati qui per lineam maternam coniuncti sunt: sed hodie sublata illa differentia, & vsque ad certum gradum vocantur; quartò, his deficientibus vocabat gradu virum & vxorem, vnde vir & vxor. l. 1. ff.

Sed ex his quibus defertur bonorum possessio, si cùm plures essent in eodem gradu aliquis repudiat, pars eius deficiens cæteris accrescit, & si vnus tantùm fit in gradu, hæreditas & possessio ad eum qui in gradu proximè sequitur, defertur, §. cùm igitur, & §. si quis, hoc tit.

Sublata erant iura quibus possessio decem per-

sonis deferebatur, atque ideò non est ampliùs inquirendum.

Hæc sunt quæ generaliter dici possunt ad hunc titulum, quæ accuratiùs discutiuntur in Pand. & Cod.

Formulæ antiquæ bonorum possessionis sublatæ sunt vt aliæ formulæ actionum, de formul. & impet. subl. l. 1. C. hodie negotium exponitur sine expressione nominis actionis. C. dilecti, extr. de iud. tit. de acq. hæred. & de petit. hæred.

DE ACQVISITIONE PER arrogationem.

DIXIMVS lib. 1. adoptionem esse eorum qui in potestate patris sunt, cùm consentiente patre alius eos in filios recipit.

Arrogatio est eorum qui sui iuris sunt.

Id commune adoptioni & arrogationi est, vt adoptatus, & arrogatus transeat in potestatem arrogantis & adoptantis, & adoptati & arrogati filij, vt nepotes, §. 1. de adop. & §. illud proprium, eodem, & l. paterfamilias. ff. de adop.

Eodem iure olim omnia bona arrogati patri, arroganti acquirebantur: sed hodie exemplo naturalium

turalium, & legitimorum parentum eis tantùm vsusfructus aduentitiorum acquiritur. Inst. §. 1. hoc tit.

Sed si impubes arrogatus fuerit, curatore cõsentiente, ea lege arrogatio fieri debet, vt bona agnatis restituantur, l. fin. C. de auth. præst. l. quod nec curatoris. ff. de adopt. lib. non enim aliter, 18. & l. hæc autem satisdatio, 10. ff. de adop. si quidem in pupillari ætate decesserit.

Cæterùm arrogator pupillariter substituere non potest filio arrogato impuberi, nisi in his bonis quæ filius arrogatur ab ipso patre arrogante habuit, l. sed si plures. §. in arrogat. ff. de vulg. & pupill. subst. & l. si arrogator, ff. de adop.

Quod si arrogatus in pubertate decesserit, succedunt primùm filij, deinde pater arrogator, & eo ordine alij qui iure agnationis ad successionem vocantur. §. mortuo, hoc tit.

10 Ad debita arrogati, arrogator non tenetur, sed nomine filij conuenitur, & patitur in bona eius exequutionem fieri, §. vlt. hoc tit. idque si ante adoptionem contracta sint debita, si post, de peculio tenetur, id est, in quantum filius habet in peculio. gloss. ibi. Quid peculium sit vide quæ dicta sunt titulo primo.

DE EO CVI LIBERTATIS causa bona addicuntur.

COnstitutione diui Marci, quæ libertatum conseruandarum causa lata est, cauebatur, vt si serui qui libertate donati erant, testamentorũ hęreditas soluendo non erat, & æri alieno nõ sufficiębat, serui periclitabantur, nec libertas data valeret in præiudicium creditorum, quo casu, si serui vt libertatem tuerentur sese offerebant, soluere creditoribus bona eis addicebantur, ad onus hæreditarium in solidum tenebantur, & eo casu libertatis iura salua erant, & hæredes fiebant.

Hæc constitutio ab ipso diuo Marco lata plura continebat capitula, ex quibus variæ ortæ sunt controuersię, quibus Iustinianus prouidit sua constitutione, l. fin. C. de test. manum. vbi recurrendum si aliquando opus fuerit.

En France si l'heritier prend l'heritage auec benefice d'inuentaire, craignãt que l'heritage ne soit suffisant, ne vltra vires teneatur, vti tenetur is qui purè agnouit hæreditatem; *s'il se trouuoit quelqu'vn qui se voulut declarer haritier pur & simple, il estoit receu;*

ceu ; cela n'a lieu en ce pays, qui iure ſcripto vtitur; *Car* cùm inuentarij confectio beneficium iuris ſit prohiberi, nequidem à teſtatore poteſt.

DE SVCCESSIONIBVS QVÆ fiebant per bonorum venditionem, & ex Senatuſconſulto Claudiano ſublatis.

ANtiquitus etiam viuo adhuc creditore, ei ſucceſſor dabatur per venditionem bonorum, qui creditoribus ſatisfaceret ; hodie conſultum eſt creditoribus alio remedio, quia obligationes exequutioni mãdantur, bona debitorum authoritate iudicis adiudicantur, tit. C.de bon.auth.iud. poſſ. Itaque ceſſat illa formula ſucceſſionis, quæ ambagibus ſcatebat.

Senatuſconſultum quoque Claudianum ſublatum eſt, quia mulier liberæ conditionis nupta ſeruo inuita, Domino quoque eius ſerua fiebat, & bona ad eum pertinebant, hodie libera manet, & bona retinet, & ſibi habet.tit.de Senatuſconſulto Claudiano.C.lib.7.tit.24.

DE OBLIGATIONIBVS.

CONVENTIONIS verbum generale est ad omnia pertinẽs, de quibus negotij contrahendi transigendíque causa conueniunt, qui inter se agunt, adeò vt eleganter dicat Pedius, nullum esse contractum, nullam obligationem quæ non habeat in se conuentionem, siue re, siue verbis fiat: nam & stipulatio quę verbis fit, nisi habeat consensum, nulla est: l.1. §. conuentionis, ff. de pact. Hoc enim vtriusque animo ita dari, & accipi oportet, vt obligatio constituatur; l. obligationũ substantia, 3. §. non satis. ff. de oblig. & act. obligationem autem esse iuris vinculum, quo necessitate astringimur alicuius soluendæ rei, secundùm nostrę ciuitatis iura, apud Iustinianum, hoc tit. in princ. Ex quo constat necesse esse obligationem consensu vtriusque contrahentium concipi, & secundùm iuris formulas; nam si forma, iure, aut constitutionibus principum, aut statutis requisita deficiat, obligatio esse non potest; vinculum illud est quod dat formam, qua deficiente actus subsistere non potest, vt ex eo actio detur.

Conuentio

Conuentio quę ex consensu proficiscitur, obligationem parit, obligatio autem actionem, sed si forma & vinculum iuris ciuilis deest, obligatio quidem est, sed naturalis tantùm, ex qua actio nulla datur, soluti tamen ex ea nulla est repetitio, gl. h. tit. in princ. vinculum autem iuris tam naturalis quàm ciuilis cùm inest, tum necessitas inest soluendi, nempe vt res æquè bona soluatur, gl. vbi supr. & l. cùm quid ibi. Id autem agi intelligitur vt eiusdem generis, & eadem bonitate soluatur, qua datum est: non enim videtur res reddita quæ deterior redditur, l. 1. §. si reddita, ff. commod. differt naturaliter à ciuili obligatione, quod naturalis solo æquitatis vinculo sustinetur.

Ciuilis autem iuris, ciuilis vinculo, ex naturali actio nulla datur, ex ciuili autem competit actio, obligatus naturaliter verè non est debitor: ciuiliter autem obligatus, verè est debitor, quia ab eo inuito exigi potest, l. debitor, 108. ff. de verb. oblig. aduersus eum qui naturaliter tantùm obligatus est, actio nulla datur, sed exceptio. l. iuris gentium, 7. §. sed cùm nulla. ff. de pact. Solutum autem vti dictum est non repetit, l. naturaliter, 13. ff. de cond. ind. nisi naturalis obligatio ciuili aliqua lege iuuetur, l. legitima, ff. de pact. cuius exempla notat ibi gloss. l. si quis argentum, 32. §. si autem hoc minime,

nime. C. de don. quia ex pacto nudo ad pias causas, condictio ex lege datur.

§. OMNIVM.

Obligationvm alia diuisio est, in ciuiles & prætorias: ciuiles sunt quæ aut legibus constitutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ sunt, veluti lege Aquilia de pauperie, per l. xij. Tab. & furti nec manifesti, gl. h. §. & obligationes iuris gentium iure ciuili comprobatæ: cum enim aliquid detrahitur, aut additur iure communi ius proprium, id est, ciuile efficitur. l. ius ciuile, 6. ff. de iust. & iur. Ex quo etiam legis actiones compositæ sunt, l. 2. §. deinde ex his legibus. ff. de orig. iur. Contractus quidam iure gentium introducti sunt; sed actiones ex his iuris ciuilis sunt introductæ post l. xii. Tab. interpretationem, d. l. 2. §. de communi Sex. Ælius, ibi l. 12. tab. præposita, iungitur interpretatio, deinde subtexitur legis actio.

Quarum formulæ proponebantur & constituebantur agere volentibus, vel à legum præceptis, d. l. 2. d. §. deinde ex his legibus actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarent, vel à magistratibus apud quos erat legis actio, id est, iudicandi authoritas, l. magistratum, apud quem legis actio est, 4. ff. de adopt.

Prætoriæ

Prætoriæ autem dicuntur quas Prætor ex ſua iuriſdictione conſtituit,quæ & honorariæ dicuntur, §.Prætorum edicta,de iur. nat. gent.& ciuil. 6.§.Prætorium.ff.de iuſt. & iur. hîc gloſſ. ſpecies harum obligationum notat hîc gloſſ. nempe de furto manifeſto,& ex rapina.

§. SEQVENS.

PRÆTEREA obligationes ex contractu, aut quaſi contractu ſunt, aut ex maleficio, aut quaſi maleficio. Contractum autem eſſe obligationem vltro citróque, veluti ea quæ ex emptione, locatione & ſimilibus deſcēdit,l.labeo,ff.de verb. ſig. & in hoc differt ab obligatione, quod ex eo obligatio naſcatur,actio ex obligatione:gl.hîc in verbo, conſenſu. de his quæ ex maleficio, aut quaſi maleficio proficiſcuntur infrà dicemus.

Poſterior obligationum diuiſio ea eſt, quæ ex contractu oritur, quarum quatuor ſpecies notat hîc author: nam aut re,aut verbis,aut literis, aut conſenſu contrahuntur.

QVIBVS MODIS RE contrahitur obligatio.

RE obligamur, cùm res ipſa intercedit, l. obligamur, 52. ff. de act. & oblig. cuius quatuor ſpecies hîc notat Imperator, & I. C. l. 1. ff. de act. & oblig. nempe mutuum, commodatum, depoſitum, pignus, & indebiti ſolutio, quibus caſibus qui accipit rem, reſtituere tenetur. Mutui autem datio in his verbis conſiſtit, quæ numero, pondere, aut menſura conſtant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, quæ ita dantur, vt eius fiant qui accipit, & non eadem res, ſed aliæ eiuſdem generis & qualitatis reddantur, imò & bonitatis, l. mutuum. & l. cùm quid, ff. ſi certum petat. & l. 1. ff. de oblig. & act. Hæ enim res in ſuo genere functionem recipiunt, adeò vt non eaſdem res, ſed alia, vti dictum eſt, eiuſdem generis, bonitatis & qualitatis reſtituatur: ea nō enim quæ tradita sūt, facta ſunt accipiētis, vt eadem reſtituere teneatur. In aliis autem contractibus quę re contrahuntur, eadem res reſtitui debet, ex quo mutuo naſcitur actio quæ certi condictio dicitur, l. certi cōdictio, 9. ff. ſi cert. pet. l. 1. ff. de cond.

cond. tritic. Sed triticaria pro aliis rebus datur, nempe quæ pondere, aut mensura constant.

§. IS QVOQVE.

DATVR etiam condictio aduersus eum cui per errorem solutio facta est, cùm ei non deberetur indebitum, námque accipiendo re ad restitutionem, obligatur perinde ac si mutuum accepisset, ídque ex quasi contractu, inst. de oblig. quæ ex contr.nasc.§.item is cui per errorem: ibi perinde, exceptis causis de quibus loquitur Iurisconsultus, §. fin. d. tit. de obligat. quæ ex. nasc. in his non datur soluti repetitio, nempe si in vim iudicati fiat, iurisiurandi, transactionis piæ causæ: aut ex inficiatione litis causis crescentibus, gloss.h.§.l.ea quæ per inficiationem. C.de cond.iud.

In textu autem notandum verbum errorem, quia si sciens indebitum soluit, cessat repetitio, l.1.ibi sed si sciens.ff.de cond.& eidem. cuius per errorem dati repetitio est, eius consulto dati donatio est. l.cuius, 53. ff. de reg. iur. Errorem autem facti non iuris intelligimus: quis enim ius ignorans indebitum soluit repetere non potest, etiamsi naturaliter tantùm debitum sit, nisi error facti interuenerit? l.cùm is §.1. vbi gl.in verbo, &

ideo.ff.de cōd.iud.quod fallit in pupillo prodigo, aut furioſo,quibus indebiti ſoluti repetitio datur per reſtitutionē aduerſus ſolutionem,l.interdum. vbi gl.in verbo locū eſſe.ff.de cōd.ind.29.l.indeb. C.ſi aduerſ.ſolu. ſi modo intra tempora reſtitutio poſtuletur,nempe quadriennium,l.ſuperuacuam, C.de temp.in int.reſt. *Et auiourd'huy par l'Ordonnance du Roy,le temps leur eſt prorogé iuſques à trentecinq ans.*

§. ITEM IS CVI.

Is quoque cui res vtenda traditur,quòd commodatum dicitur,re obligatur,& de eadem re reſtituenda actione commodati tenetur: non enim ita ei traditur vt ſua fiat , ſed poſt vſum eandem reſtituat;quòd ſi deterior facta ſit, ad id quòd intereſt tenetur:l.3.§.ſi reddita.ff. comm. quòd ſi res ipſa maiori vi,aut maiori caſu pereat , nō tenetur, l.1.C.eod.& l.ſi vt certo, 5.§. quod verò ſeruitute. ff.d.tit. niſi fortè cùm poſſet res commodatas ſaluas facere ſuas prætulit ; cuſtodiam namque rei commodatæ etiam diligentem præſtare debet, in quo à mutuo differt;quia ſtatim re tradita effecta accipientis ad eum periculum pertinet. verſ. & ſi quidem hoc.§.cum gl.in verbo mutuum accepit.

cepit. Commodatum autem debet esse gratuitum,l.2.& l.si quis adduxerit.ff.loc. & hic inst.& §.fin.inst. de mand. & §.infr. de loc.ibi, quia non fuit. & finitur commodatum tempore aut vsu determinato, ita vt ante tempus adiectum,& vsum certum repeti non possit, & is qui vltra tempora, aut extra vsum permissum vtitur, furtum committit. l.qui inuenta.ff.de furtis,ibi si longiùs.

§. PRÆTEREA.

Re quoque obligatur is apud quem res aliqua custodienda deponitur; sic enim depositum definitur per Vlpianum, l.1.ff.depositi.nempe depositum est quod custodiendum alicui datũ est eiusque fideicommissum, qui actione depositi ad rei restitutionem tenetur:sed de dolo si res pereat tenetur, non etiam si negligenter rem custodiendam amiserit,nisi magna negligentia,& quę dolo comparatur : l.1. ff.de oblig.& act. non enim minorem quam in suis rebus præstare diligentiam debet,l.quod nerua,32.ff.de pos.quòd si negligens in re custodienda fuerit, non ei, sed eius facilitati qui tradidit imputari debet, infrà de societ. §.fin. ibi qui parum. qui parum diligentem sibi socium assumit, de se queri, sibíque hoc imputari debet.

Depositi & sequestri hæc differentia est, quia apud eum qui deponit manet proprietas & possessio, sed apud sequestrum possessio deponitur; custodiam námque tantùm depositarius habet; sed in eum cui res sequestratur possessio transfertur. l. licet ei ff. depos. Id enim agitur in sequestratione, vt vtrique contẽdentium possessio adimatur pendente sequestratione, quæ vt plurimum fit, vt aiunt Pragmatici, ad saluum ius habentis, aut ne præteruenjant ad arma; ita tamen vt qui in lite obtinuit, medio tempore, námpe sequestrationis possedisse videatur, & proficiat ad vsucapionem; l. interesse, ff. de acq. poss. quia victori sequestri possessio prodest, sequester nauíque est medius quidam inter litigantes, l. si apud te, ibi vt quasi apud, ff. de præscrip. verb. l. 18. cui res deponitur pendente lite authore judice, quòd fit aut quando alter litigantium suspectus est de fuga non soluendo aut ne, vti dictum, est veniant ad arma, aut quando non liquet de iure eorum, maximè in beneficialibus.

Les Ordonnances Royaux sur les criées portent, qu'és exequutions de lettres obligatoires, ou de sentences, quand le creancier faict saisir des biens de son debteur, qu'ils sont mis en sequestre és mains du plus proche voisin pour en faire les inquants, sans que les proprietairs

prietaires puissent troubler les Commissaires & sequestres, à peine de rebellion. Et combien que les fruicts iusques à la deliurance appartiennent au proprietaire, comme est remarqué : Gilles le Maistre des criées, art. 4. *toutesfois il a esté iugé que pendant ce temps, le sequestre ne peut vendre ny aliener la chose sequestrée, non plus qu'vn autre creancier ne peut faire saisir aprés la mesme chose sequestrée au preiudice du premier saisissant : car saisie sur saisie ne vaut, ainsi en est iugé au Parlement de Grenoble :* h. p. q. 210. in fi. Ip. de Ferra. in for. seq. gl. 2. Actio autem depositi datur deponenti eius hęredi, & in depositariū, & eius hæredem, & tertium possessorem per vindicationem si res extat, l. si is qui depositam. C. de pos. Quòd si depositarius, depositum negat & conuincitur, infamis est : idem si vtatur re deposita inscio domino, vsuras præstat depositarius, l. quid depositum. C. depositi l. 1. ff. de his qui nat. inf. *l'Ord. de Ch. 5.* idem si vtatur re deposita inscio domino, vsuras præstat depositarius, l. 3. & 4. C. depos. idque speciem furti habet, & datur hæc actio quandoque in simplum, quandoque in duplum, l. quod tumultum. ff. eod.

S. CRE

DE OBLIGATIONIBVS.

CONVENTIONIS verbum generale est ad omnia pertinẽs, de quibus negotij contrahendi transigendíque causa conueniunt, qui inter se agunt, adeò vt eleganter dicat Pedius, nullum esse contractum, nullam obligationem quæ non habeat in se conuentionem, siue re, siue verbis fiat: nam & stipulatio quę verbis fit, nisi habeat consensum, nulla est: l. 1. §. conuentionis, ff. de pact. Hoc enim vtriusque animo ita dari, & accipi oportet, vt obligatio constituatur; l. obligationũ substantia, 3. §. non satis. ff. de oblig. & act. obligationem autem esse iuris vinculum, quo necessitate astringimur alicuius soluendæ rei, secundùm nostrę ciuitatis iura, apud Iustinianum, hoc tit. in princ. Ex quo constat necesse esse obligationem consensu vtriusque contrahentium concipi, & secundùm iuris formulas; nam si forma, iure, aut constitutionibus principum, aut statutis requisita deficiat, obligatio esse non potest; vinculum illud est quod dat formam, qua deficiente actus subsistere non potest, vt ex eo actio detur.

Conuentio

Conuentio quę ex consensu proficiscitur, obligationem parit, obligatio autem actionem, sed si forma & vinculum iuris ciuilis deest, obligatio quidem est, sed naturalis tantùm, ex qua actio nulla datur, soluti tamen ex ea nulla est repetitio, gl. h. tit. in princ. vinculum autem iuris tam naturalis quàm ciuilis cùm inest, tum necessitas inest soluendi, nempe vt res æquè bona soluatur, gl. vbi supr. & l. cùm quid ibi. Id autem agi intelligitur vt eiusdem generis, & eadem bonitate soluatur, qua datum est: non enim videtur res reddita quæ deterior redditur, l. 1. §. si reddita, ff. commod. differt naturaliter à ciuili obligatione, quod naturalis solo æquitatis vinculo sustinetur.

Ciuilis autem iuris, ciuilis vinculo, ex naturali actio nulla datur, ex ciuili autem competit actio, obligatus naturaliter verè non est debitor: ciuiliter autem obligatus, verè est debitor, quia ab eo inuito exigi potest, l. debitor, 108. ff. de verb. oblig. aduersus eum qui naturaliter tantùm obligatus est, actio nulla datur, sed exceptio. l. iuris gentium, 7. §. sed cùm nulla. ff. de pact. Solutum autem vti dictum est non repetit, l. naturaliter, 13. ff. de cond. ind. nisi naturalis obligatio ciuili aliqua lege iuuetur, l. legitima, ff. de pact. cuius exempla notat ibi gloss. l. si quis argentum, 32. §. si autem hoc minime,

nime. C. de don. quia ex pacto nudo ad pias causas, condictio ex lege datur.

§. OMNIVM.

OBLIGATIONVM alia diuisio est, in ciuiles & prætorias: ciuiles sunt quæ aut legibus constitutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ sunt, velut lege Aquilia de pauperie, per l. XII. Tab. & furti nec manifesti, gl. h. §. & obligationes iurisgentium iure ciuili comprobatæ: cum enim aliquid detrahitur, aut additur iure communi ius proprium, id est, ciuile efficitur. l. ius ciuile, 6. ff. de iust. & iur. Ex quo etiam legis actiones compositæ sunt, l. 2. §. deinde ex his legibus. ff. de orig. iur. Contractus quidam iure gentium introducti sunt; sed actiones ex his iuris ciuilis sunt introductæ post l. XII. Tab. interpretationem, d. l. 2. §. de communi Sex. Ælius, ibi l. 12. tab. præposita, iungitur interpretatio, deinde subtexitur legis actio.

Quarum formulæ proponebantur & constituebantur agere volentibus, vel à legum præceptis, d. l. 2. d. §. deinde ex his legibus actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarent, vel à magistratibus apud quos erat legis actio, id est, iudicandi authoritas, l. magistratum, apud quem legis actio est, 4. ff. de adopt.

Prætoriæ

Prætoriæ autem dicuntur quas Prætor ex sua iurisdictione constituit, quæ & honorariæ dicuntur, §. Prætorum edicta, de iur. nat. gent. & ciui. 6. §. Prætorium. ff. de iust. & iur. hîc gloss. species harum obligationum notat hîc gloss. nempe de furto manifesto, & ex rapina.

§. SEQVENS.

PRÆTEREA obligationes ex contractu, aut quasi contractu sunt, aut ex maleficio, aut quasi maleficio. Contractum autem esse obligationem vltro citrôque, veluti ea quæ ex emptione, locatione & similibus descēdit, l. labeo, ff. de verb. sig. & in hoc differt ab obligatione, quod ex eo obligatio nascatur, actio ex obligatione: gl. hîc in verbo, consensu. de his quæ ex maleficio, aut quasi maleficio proficiscuntur infrà dicemus.

Posterior obligationum diuisio ea est, quæ ex contractu oritur, quarum quatuor species notat hîc author: nam aut re, aut verbis, aut literis, aut consensu contrahuntur.

QVIBVS MODIS RE contrahitur obligatio.

RE obligamur, cùm res ipsa intercedit, l. obligamur, 52. ff. de act. & oblig. cuius quatuor species hîc notat Imperator, & I. C. l. 1. ff. de act. & oblig. nempe mutuum, commodatum, depositum, pignus, & indebiti solutio, quibus casibus qui accipit rem, restituere tenetur. Mutui autem datio in his verbis consistit, quæ numero, pondere, aut mensura constant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, quæ ita dantur, vt eius fiant qui accipit, & non eadem res, sed aliæ eiusdem generis & qualitatis reddantur, imò & bonitatis, l. mutuum. & l. cùm quid, ff. si certum petat. & l. 1. ff. de oblig. & act. Hæ enim res in suo genere functionem recipiunt, adeò vt non easdem res, sed alia, vti dictum est, eiusdem generis, bonitatis & qualitatis restituatur: ea nō enim quæ tradita sūt, facta sunt accipiētis, vt eadem restituere teneatur. In aliis autem contractibus quę re contrahuntur, eadem res restitui debet, ex quo mutuo nascitur actio quæ certi condictio dicitur, l. certi cōdictio, 9. ff. si cert. pet. l. 1. ff. de

cond.

cond. tritic. Sed triticaria pro aliis rebus datur, nempe quæ pondere, aut mensura constant.

§. IS QVOQVE.

Datvr etiam condictio aduersus eum cui per errorem solutio facta est, cùm ei non deberetur indebitum, námque accipiendo re ad restitutionem, obligatur perinde ac si mutuum accepisset, ídque ex quasi contractu, inst. de oblig. quæ ex contr.nasc.§.item is cui per errorem: ibi perinde, exceptis causis de quibus loquitur Iurisconsultus, §. fin. d. tit. de obligat. quæ ex. nasc. in his non datur soluti repetitio, nempe si in vim iudicati fiat, iurisiurandi, transactionis piæ causæ: aut ex inficiatione litis causis crescentibus, gloss.h.§.l.ea quæ per inficiationem. C.de cond.iud.

In textu autem notandum verbum errorem, quia si sciens indebitum soluit, cessat repetitio, l.1.ibi sed si sciens.ff.de cond.& eidem. cuius per errorem dati repetitio est, eius consulto dati donatio est. l.cuius, 53. ff. de reg. iur. Errorem autem facti non iuris intelligimus: quis enim ius ignorans indebitum soluit repetere non potest, etiamsi naturaliter tantùm debitum sit, nisi error facti interuenerit? l.cùm is §.1. vbi gl.in verbo, &

ideo.ff.de cōd.iud.quod fallit in pupillo prodigo, aut furioſo,quibus indebiti ſoluti repetitio datur per reſtitutionē aduerſus ſolutionem,l.interdum. vbi gl.in verbo locū eſſe.ff.de cōd.ind.29.l.indeb. C.ſi aduerſ.ſolu. ſi modo intra tempora reſtitutio poſtuletur,nempe quadriennium,l.ſuperuacuam, C.de temp.in int.reſt. *Et auiourd'huy par l'Ordonnance du Roy,le temps leur eſt prorogé iuſques à trentecinq ans.*

§. *ITEM IS CVI.*

Is quoque cui res vtenda traditur,quòd commodatum dicitur,re obligatur,& de eadem re reſtituenda actione commodati tenetur: non enim ita ei traditur vt ſua fiat, ſed poſt vſum eandem reſtituat;quòd ſi deterior facta ſit, ad id quòd intereſt tenetur:l.3.§.ſi reddita.ff. comm. quòd ſi res ipſa maiori vi,aut maiori caſu pereat, nō tenetur, l.1.C.eod.& l.ſi vt certo, 5.§. quod verò ſeruitute. ff.d.tit. niſi fortè cùm poſſet res commodatas ſaluas facere ſuas prætulit; cuſtodiam namque rei commodatæ etiam diligentem præſtare debet, in quo à mutuo differt;quia ſtatim re tradita effecta accipientis ad eum periculum pertinet. verſ. & ſi quidem hoc.§.cum gl.in verbo mutuum accepit.

ccpit. Commodatum autem debet esse gratuitum,l.2.& l.si quis adduxerit.ff.loc. & hic inst.& §.fin.inst. de mand. & §.infr. de loc.ibi, quia non fuit. & finitur commodatum tempore aut vsu determinato, ita vt ante tempus adiectum,& vsum certum repeti non possit, & is qui vltra tempora, aut extra vsum permissum vtitur, furtum committit. l.qui inuenta.ff.de furtis,ibi si longiùs.

§. PRÆTEREA.

Re quoque obligatur is apud quem res aliqua custodienda deponitur; sic enim depositum definitur per Vlpianum, l.1.ff.depositi.nempe depositum est quod custodiendum alicui datũ est eiusque fideicommissum, qui actione depositi ad rei restitutionem tenetur:sed de dolo si res pereat tenetur, non etiam si negligenter rem custodiendam amiserit,nisi magna negligentia,& quę dolo comparatur: l.1. ff.de oblig.& act. non enim minorem quam in suis rebus præstare diligentiam debet,l.quod nerua,32.ff.de pos.quòd si negligens in re custodienda fuerit, non ei, sed eius facilitati qui tradidit imputari debet, infrà de societ. §.fin. ibi qui parum. qui parum diligentem sibi socium assumit, de se queri, sibíque hoc imputari debet.

Depositi & sequestri hæc differentia est, quia apud eum qui deponit manet proprietas & possessio, sed apud sequestrum possessio deponitur; custodiam námque tantùm depositarius habet; sed in eum cui res sequestratur possessio transfertur. l. licet ei ff. depos. Id enim agitur in sequestratione, vt vtrique contēdentium possessio adimatur pendente sequestratione, quæ vt plurimum fit, vt aiunt Pragmatici, ad saluum ius habentis, aut ne præteruenient ad arma; ita tamen vt qui in lite obtinuit, medio tempore, námpe sequestrationis possedisse videatur, & proficiat ad vsucapionem; l. interesse, ff. de acq. poss. quia victori sequestri possessio prodest, sequester nauíque est medius quidam inter litigantes, l. si apud te, ibi vt quasi apud, ff. de præscrip. verb. l. 18. cui res deponitur pendente lite authore iudice, quòd fit aut quando alter litigantium suspectus est de fuga non soluendo aut ne, vti dictum, est veniant ad arma, aut quando non liquet de iure eorum, maximè in beneficialibus.

Les Ordonnances Royaux sur les criées portent, qu'és exequutions de lettres obligatoires, ou de sentences, quand le creancier faict saisir des biens de son debteur, qu'ils sont mis en sequestre és mains du plus proche voisin pour en faire les inquants, sans que les proprietairs

prietaires puissent troubler les Commissaires & seque-stres, à peine de rebellion. Et combien que les fruicts iusques à la deliurance appartiennent au proprietaire, comme est remarqué : Gilles le Maistre des criées, art. 4. *toutesfois il a esté iugé que pendant ce temps, le sequestre ne peut vendre ny aliener la chose sequestrée, non plus qu'vn autre creancier ne peut faire saisir apres la mesme chose sequestrée au preiudice du premier saisissant : car saisie sur saisie ne vaut, ainsi en est iugé au Parlement de Grenoble :* h. p. q. 210. in fi. Ip. de Ferra. in for. seq. gl. 2. Actio autem depositi datur deponenti eius hęredi, & in depositariũ, & eius hæredem, & tertium possessorem per vindicationem si res extat, l. si is qui depositam. C. de pos. Quòd si depositarius, depositum negat & conuincitur, infamis est : idem si vtatur re deposita inscio domino, vsuras præstat depositarius, l. quid depositum. C. depositi l. 1. ff. de his qui nat. inf. *l'Ord. de Ch. 5.* idem si vtatur re deposita insciō domino, vsuras præstat depositarius, l. 3. & 4. C. depos. idque speciem furti habet, & datur hæc actio quandoque in simplum, quandoque in duplum, l. quod tumultum. ff. eod.

§. CRE

§. CREDITOR QVOQVE.

PIGNVS est de obligationibus quæ re contrahuntur, quod à pugno appellatum; quia res quæ pignori dantur manu traduntur, atque ideò nonnulli propriè existimarunt ad res mobiles pertinere: l. plebs, 238. §. pignus. ff. de verb. sign. Ad res tamen etiam immobiles pertinet, quæ etiam pignori tradi possunt, l. si rem alienam. §. non tantùm. vers. propriè pignus. ff. de pign. act. glos. iud. l. plebs, in verbo pignus, & quamuis inter pignus & hypothecam nulla ex Bartolo videatur differentia, tamen in hoc differunt, & pignus re contrahatur, & traditione rei: hypotheca autem sola conuentione, & qua ne quidem possessio in creditorem transit: glos. ind. §. tantùm. l. res hypothecæ, in fi. ibi inter pig. ff. de pig. act. inter pignus autem & hypothecam tantùm nomine sonus differt, nihílque interest quoad actionem. §. inter pignus. 12. de actionibus.

Pignus autem, siue hypotheca, aut expressè, nempe traditione, aut conuentione habita tacitè, vti ex plerísque iuris articulis colligi potest, primùm inuecta & allata in prædiis vrbanis, tacitè obligata sunt locatori pro mercede locationis, & iure

iure retentionis possidentur donec mercedis pretium soluatur, l.item quia conuentiones, 4. in pr. ff.de pact.& l.vlt. C.in quib.cau.pig.tac. con. & l. eo iure.ff.eod.& in l.1.ff.de migrando. Migrando ne pignora abducant mercede non soluta vim fieri veto, quod intelligendum est si illata eo animo sint,& ibi perpetuò sint, nempe quandiu durant.Iason in §.item Seruiana,num.3.ff.de act.

Fructus etiam prædiorum rusticorum pro solutione mercedis, tacitè obligantur, l.in præd.ff. eod. Item dicitur de re vendita quæ tacitè obligata est venditori pro pretio, donec ei emptor satisfaciat, l. hæreditatis, ff.de hæred. vel act.vend. vbi ait Baldus pro residuo pretij non soluti rem venditam retineri posse: sed si alij anteriores creditores concurrant quis potior videbitur, & sanè vereor venditorem potiorem non esse nisi sibi speciali hypotheca prospexerit,arg.l. quamuis ea præmia, 17. C. de pign. contraria tamen mihi æquior sententia videtur,cùm non planè abdicatum videatur à se dominium,cùm rei retẽtionem habeat donec pretium soluatur: l. Iulianus. §.offerri. ff. de act. emp. & l. quod si nolit, 31.§. idem, Marcellus ibi. nam venditor. ff. de Ædil. ed. nam venditor pignoris, quòd retinet vendidit quoad emptor satisfaciat,ne re & pretio careat.

DE VERBORVM obligationibus.

VErbis obligatio contrahitur ex interrogatione & responsione, cùm quòd dari, fierive nobis stipulamur, quòd cōgruit definitioni Modestini, l. obligamur, 52. ff. de oblig. & act. his verbis obligamur cùm præcedit interrogatio, & sequitur congruens responsio, vnde & verborum obligatio stipulatio dicitur, imò & sponsio. l. spōsio, 7. ff. de verb. sig. ibi omnis stipulatio. stipulatio autē est verborū conceptio, quibus is qui interrogatur daturū, facturúmve se quòd interrogatus est responderit, l. 1. §. 1. de verb. oblig. ex quibus constat verborum obligationē & stipulationem eodē iure censeri; quia vtriúsque definitio conuertitur cum definito: vt autē valeat verborum obligatio, aut stipulatio, non necesse vt statim responsio interrogationem sequatur; interuallum enim medij temporis nō vitiat obligationē: l. stipulationum, 5. §. stipulatio. ff. de verb. oblig. continuus tamen actus esse debet, id est, statim responderi stipulanti oportet, non ad alia diuertendo, quia si post interrogationem aliud agere

cœperit

cœperit, nihil proderit, quamuis eadem die spopondisset: l. continuus, 137. in princ. vbi gloss. ff. de verb. oblig. continuus enim videtur, id est, non longum spatium interponitur, nec actus qui contrarius sit obligationi: l. duos reos, §. fin. in fin. ff. de duob. reis: necesse tamen est vt stipulatio certè & ritè concipiatur, & obligationem pariat, vt inde actio dari possit, vt interrogationem vti dictum est congruens sequatur responsio, nempe vt nihil adiiciat, aut detrahat interrogationi, l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. Etenim qui purè interrogauit, si sub conditione responderit, non obligatur, nisi stipulatori diuersitas responsionis ilicò placuerit: tunc enim alia stipulatio contracta videtur, quia in hanc vltimam causam consensisse videntur, stipulatio námque etsi verbis fiat, si non habeat consensum, nulla est: l. 1. §. conuentionis. in fi. ff. de pact. consensum autem præstitisse videtur si responsio ex interuallo facta placuerit.

Ex verborum obligatione, aut stipulatione datur actio, si certa res sit, quæ conditio certi dicitur: si incerta, aut incerti conditio, aut ex stipulatu, vt ait hîc Imperator. in prin. & superiori. tit. & l. 1. de cond. tritic. Vnde stipulatio dicta sit, mihi magis conuenit sententia Iustiniani, qui à

firmio nomen dictum esse ait: constat enim obligationem stipulatione firmatam, maiorem vim & firmitatem habere, & ex negotio contracto pendent: tot enim sunt genera quot rerum contrahendarum, l.1.§.1.de verb.oblig. *Voilà pourquoy nos Notaires en leurs contracts mettent ceste clause, mutuelle stipulation interuenant auec serment*, & verbum illud firmum, aut stipulum, baculum est firmitatis arte aditionis, vti videre est glos.hoc §.in verb. firmum. vbi baculum aut stipulam paleæ dabat vnus alteri pro inuestitura, in Lombardia & Burgundia bibunt, alibi per mantellum inuestiunt, *& i'ay apprins des Anciens qu'on iuroit sur le pan du grand saye, & nos Notaires*, per traditionem calami, *& les Sergens aux traditions des ventes iudicielles, par la mesme tradition aux inquants; comme on void en G.Pap. decision xxij.* vbi dies redimendi quadrimestre computatur à die libramenti, quod fit per traditionem calami.

Quibus autẽ verbis concipiatur verborum aut stipulationis obligatio, docet sequenti §. nempe vt quibuscunque verbis expressa sit, si de partium voluntate intelligentia & consensu constet, valere antiqua illa verborum solemnitate sublata, vis, volo, dabis, dabo, fideiubes, fideiubeo.

§. OMNIS

§. OMNIS STIPVLATIO.

OBLIGATIONES omnes, aut in diem, aut ſub conditione, aut purè fiunt, & quòd ait Paulus Iul. obligationum ferè 44. ff. de act. & oblig. aut dies in his eſt, aut conditio, aut modus, aut acceſſio. Quando pura obligatio eſt, cui neque dies, neque conditio adiecta eſt, ſtatim debetur, & confeſtim peti poteſt, niſi ex re ipſa dilationem capiat, l. interdum, 73. ff. de verb. oblig. veluti ſi id quòd in vtero eſt, aut fructus futuros ſtipuleris, aut domum ædificari: tacitè enim tempus amplecti videtur in quo ſolutio fieri debeat, aut ſi certo loco ſolui conuenit tempus, ineſt tacitè, quod expectandum donec eo peruenire poſſit, quòd Iudex ex æquo & bono arbitrabitur: l. continuus, 137. §. cùm ita. ff. de verb. oblig. Ineſt enim conditio taciti temporis, l. ſi teſtamento, 49. §. quæſitum, ff. de fideiuſſ. quæ & reo & fideiuſſori prodeſt, ne ſit deterioris conditionis fideiuſſor quàm ipſe reus; gl. ibid. in verb. Romæ. ſed qui ſimpliciter dare ſpondet, ſtatim cogi poterit. Si verò dies adiiciatur quo pecunia ſoluatur, veluti Calendis Ianuarij, ſtatim quidem debetur: ſed peti priuſquam dies venerit non poteſt, totáque dies cedit, l. quicquid aſtringendo, 98. §. ſi ſtipula-

tus, ibi non nisi præterito, ff. de verb. oblig. & non nisi præterito biennio rectè petam, quia intra biennium stipulatio concepta erat. Quid autem de sententia diffinitiua, aut interloquutoria certa die à Iudice partibus pronuntianda, gl. in verb. tribui debet de annua præstatione ad vitam partim pura, partim in diem cuius actio post vitam expirat, & ab ea exceptione pacti hæres submouetur: hæc tamen differentia notatur inter stipulationem annuam, veluti decem aureos annuos quoad viuam dare spondes, aut decem aureos singulis annis; primo enim casu in principio cuiuslibet anni, in secundo, in fine committitur stipulatio, gl. in verb. annuos. ad primum casum pertinet lex, l. 1. C. quando dies. leg. ced. ibi annua legata ab initio anni cuiusque exigendi habebis facultatem, & maximè cùm pro alimentis relicta sunt, etiamsi quotannis relinquantur, l. nec semel, 12. §. 1. vbi gloss. in verb. voluntatis. ff. quando dies leg. ced. & gl. §. & si ita in verb. annuos, hoc tit. ibi annua si debes, tunc inspicies caput anni, anno si debes in fine teneberis anni; sed in legatis semper inspicienda voluntas testatoris, d. l. nec semel. §. si inhabitatur ibi coniectura voluntatis, sed qui ita stipulatur, hoc anno, aut hoc mense dare promittis, in fine anni, aut mensis, petitio competit

competit, l. qui hoc anno, 42. ff. de verb. oblig. & in fi. §. penult. inst. de inut. stip.

§. SVB CONDITIONE.

STIPVLATIO sub conditione fit cum in aliquem casum differtur obligatio, vt si aliquid factum fuerit, aut non fuerit committatur stipulatio, veluti si Titius Consul fuerit, si Capitolium non ascendero, & ante euentum conditionis obligatio cessat, & sic ea pendente non est debitor. gl. hîc in verbo differtur, & l. non omnes, 19. ibi ante Calendas, &c. ff. si certum petatur. Et quamuis spe debitum sit, tamen ante conditionis euentum peti non potest, l. id quod, 19. ff. de const. pec. lex his verbis, id quod sub conditione debetur siue purè, siue certo die constituatur, eadem conditione suspenditur, vt existente conditione teneatur: si tamen constet conditionem esse eiusmodi vt euenire possit, spes est debitum iri, quo fit vt ipsa spes ad hæredes transmittatur, si antè conditionis euentum mors contigerit, §. seq.

Sed si conditiones quæ ad præsens, vel præteritum tempus referuntur, aut omnino infirmant obligationem, aut omnino non differunt, §. conditiones, hoc tit. veluti si Titius Consul fuit, vel Mæuius viuit, dare spondes.

Nam

Nam si ea ita sunt, nil valet stipulatio: si autem ita se habent, statim valet. Quòd autem ante conditionis euentum solutum est, an repeti possit & quando, vide ll. 16. 17. & 18. de cond. indebiti.

Modum ait Paulus in d. l. obligationem, his verbis, modus obligationis est cùm stipulamur decem, aut hominem, quia alterius solutione interimitur obligatio, nec alterum peti potest donec vtrumque extat, quia in alternatiuis electio est debitoris.

Modus his verbis concipitur, ita, vti, dummodo, postquam, ne, pro, in, vt secundùm Bart. §. thorum, l. quibus diebus, 40. ff. de cond. & dem. natura modi est vt impleatur post emolumentum, §. & ibi Angel. §. sed si conditionaliter. inst. de leg.

Accessio autem in obligatione, aut personæ, aut rei fit; personæ cùm mihi aut Titio stipulor rei, cùm mihi decem, aut hominem stipulor. d. l. omnium ferè. §. accessio. de act. & oblig.

§. NON SOLVM.

Obligationes etiam continere quandoque factum explorati iuris est, nempe, vt aut aliquid fiat, aut ne fiat, in quibus in non faciendo, aut faciendo, vltra conuentionem datur actio ad

id

id quòd intereſt: ſed quia plerumque eius difficilis eſt probatio, conſilio Imperatoris ſtipulator ſibi conſuli poteſt, ita vt promiſſor non præſtando factum pro eo quòd intereſt certam ſummam ſtipuletur. Idem conſuluit Venuleius, in l. fin. ff. de præt. ſtipul. his verbis; Commodiùs eſt certam ſummam comprehendere; alioqui recurrendum eſt ad I. C. l. vnic. cum gl. C. de ſent. qua. pro eo quod int. prof. *Laquelle eſt ſuyuie aux Parlemens de Paris, Prouence, Languedoc, à ſçanoir, que l'intereſt ne peut exceder le double: Toutesfois en ce Parlement il eſt infini, pourueu qu'il apparoiſſe d'vne interpellation, ce qui requiert vn reglement, à cauſe des abus: Car il ſe trouue qu'apres l'interpellation, l'inſtance n'eſt ſuyuie de long temps; & neantmoins on ne laiſſe d'adiuger l'intereſt. Mais comme par l'Ordonnance de Paris, la conteſtation n'empeſche le cours de la preſcription, ſi la pourſuite a ceſſé par l'eſpace de trois ans; auſſi vne interpellation ne peut auoir pouuoir, ayant ceſſé par quelque temps de donner action des intereſts ſoubs pretexte d'icelle, & ceſte-cy n'eſt que annuelle, paſſé laquelle ne peut auoir effect.*

DE DVOBVS REIS STIPVlandi & promittendi.

ET stipulandi & promittendi duo pluresve rei fieri possunt, & in solidum tenebantur, adeò vt solutione vnius alter liber erat; sed hodie nisi vterque se in solidum obligauerit nisi prò parte conueniri poterunt, I. C. his verbis partes viriles deberi, quia non fuerat adiectum singulos in solidum spopondisse, & hoc casu electio est creditoris alterutrum conuenire: l. exprimere. §. eod. sed ei qui in solidum soluit datur partis repetitio contra correum debendi. l. credita, 2. eod. Quòd si rei duo sunt promittendi, si in solidum obligati non sunt, in virilem partem tantùm conueniri possunt. d. §. cum tabulis. Illud etiam animaduersione dignum est, etiamsi in solidum rei promittendi sint: si tamen alter eorum partem debiti soluerit, non propterea liberatur à solutione eius quod superest, cùm iterum conueniri possit; l. si ex toto, 8. §. si ita scriptum, his verbis, quid ergo si ab alterutro partem petitori, &c. Idem ait si alter partem soluisset, l. reos, 23. C. de fideiuss. & mandat. ibi cum electione,

electione. ſed ſi ſolutio partis facta ſit, inducitur diuiſio quæ inducit exceptionem taciti pacti, l. creditores, 18. vbi Sali. C. de pact. vnde gloſſa ait ſecundùm Bart.Paul.Alexan. & Iaſo.non petitione ſola, ſed ſolutione partis induci diuiſionem, ſi de contraria non conſtet proteſtatione : ſed his legibus quodammodo contrariis cum l. generaliter,28.C.de fideicommiſſ.& mand. conciliatio & ſolutio adferri poteſt ex his quæ ait Franciſcus Curtius,l.creditores,n.3.4.5. C.de pact.ſcilicet regulam & deciſionem hanc limitari, vt procedat eo caſu quo correus ſoluens expreſsè proteſtatus eſt ſe ſoluere proportione ſua, ſeu pro virili ad eum ſpectante, vt creditor ſine vlla proteſtatione,ſimpliciter ſolutionem admiſit; Caius, ſententiæ fuiſſe ait Oldradyn.Bald.Salyc. Fulg. & Paul. Caſtr.ſecus autem eſſe ſi ſimpliciter ſoluerit virilem portionem ; quia non induceretur diuiſio, nec tacitum pactum in fauorem aliorum, & ratio illa eſt, quia qui ſoluit pro parte ſua, & creditor qui recipit tacitè, renuntiauit obligationi qua in ſolidum conueniri poterat : atque ideò producitur diuiſio,latiùs hanc quæſtionem diſcutit Curt. d.l.ſi creditores.

DE STIPVLATIONE *seruorum.*

HIc titulus pertinet ad superiorem titulum, per quas personas nobis acquiritur, adeò vt nihil hîc dicere sit necesse.

DE DIVISIONE *stipulationum.*

STIPVLATIONVM, aliæ sunt iudiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes tam prætoriæ quàm iudiciales. l. stipulationum, 5. ff. de verb. oblig. iudiciales sunt d'vntaxat quæ à mero iudicis officio proficiscuntur, veluti, de dolo cautio quæ in restitutione pignoris à creditore debitori præstatur, de suo facto non facto, aut neglecto, l. creditor, 15. vbi Bart. ff. de pig. act. l. detur, 9. ff. mandati. quod in procuratore restituente locum habet, idem eadem cautio iudicialis est, in l. procuratorem, 11. C. mand. quæ de persequendo seruo qui in fuga

fuga eſt,reſtituendóve pretio. l. ſi eius exceptione,14.§.quatenus, verſ. quid ſi hanc, ibi cautione ab eo,&c. Præterea ſunt quæ à mero Prætoris officio proficiſcuntur,veluti damni inferti,l.5. ff. de verb.oblig.& l.Prætor ait,7.§. in eum. ff. de dam. inf. damnum autem infertum eſt damnum nondum factum, quod futurum veremur, l. 2. ff. de damn. inf. & officio Prætoris,eiúſque iuriſdictioni incumbit, vt cauere iubeat: quòd ſi res celeritatem deſideret, & periculoſa dilatio videatur, aut à ſe Prætor abdicare iuriſdictionem,vel à magiſtratibus municipalibus delegandi ius habet, l. 1. ff. eodem. & dies cautionis præſtandæ notare, aut protelare poteſt ſecundùm loci inquiſitionem. l.4.eodem. Sed quales debeant eſſe cautiones prætoriæ reſpondi, vt & iudiciales perſonas deſiderare, nempe fideiuſſorem: quia nec pignoribus, nec auri, nec argenti de petitione ſatiſdediſſe videri,quia hæc non funguntur vicem ſatiſdationis:l.prætoriæ ſatiſdationes, 3. ff. de præt.ſatiſ.ſtip. quod ſi conuentione partium,àliquid immutetur,iam prætoriæ eſſe deſinunt,cùm his ſine Pretore nihil immutari poſſit: l. in conuentionalibus,52.ff.de verb. oblig. conuentionalibus enim ſtipulationibus nihil immutare licet, neque addere, neque detrahere altera partium contradi-

cente, Duaren. & Azo. ad d.l. & illis contractui contrahentes dant formam. Enimverò prætoriæ ſtipulationes legem accipiunt de mente Prætoris, qui eas propoſuit; quòd ſi partes conſentiunt, deſinunt eſſe prætoriæ ſtipulationes, & conuentionales fiunt.

Idem dicendum in ſatiſdationibus, quas per legatis Prætor decreuit ab hæredibus præſtandis, l.1.primo reſponſo.ff.de legat.& fid. nomine cau. neque ſolùm legatariis, ſed & eorum ſucceſſoribus conſultum eſt, alioquin in non ſatiſdando eos in poſſeſſionem legatorum Prætor venire voluit: quemadmodum enim hæres incumbit poſſeſſioni bonorum, ita legatarios non debere carere bonis defuncti. *Que ſi les heritiers ont accepté l'heritage auec benefice d'inuentaire*, ne vltrà inde teneantur, *l'Ordonnance du Roy a voulu ou qu'ils baillent caution, ou que les fruicts ſoyent ſequeſtrez pour la conſeruation des droicts des creanciers. Mais ceſte caution n'eſt pretorienne ny iudicielle, mais legale*, quæ ex conſtitutione Principis proficiſcitur; *& partant ceſte caution ſeroit ſuffiſante par fideiuſſeurs*, aut datis pignoribus, arg. l. ſancimus, 3. de verb. ſig. cautionis nomine, non eſſe fideiuſſoris dationem interpretandam, ſi vt ait gloſſ. teſtator aut lex præcepit caueri, niſi generaliter de ſatisdatione,

ne , vel fideiuſſione ſpecialiter ſit nominatum: alioqui cautionis nomine nudam promiſſionem ſignificari.In prætoriis autem Ædilitia continentur, quia vt edicta Ædilium portio iuris honorarij ſunt,vti ſuprà dictum eſt,tit.de iur.nat.gent.

Iudicialium ſtipulationum & cautionum vis latiſſimè patet, nempe quia circa ferè totum corpus iuris verſantur. Prætoriæ autem circunſcribuntur, tit.de præt.ſtip.gl.hoc tit. in verb. renunciat. & textus ibi allegatus notat quaſdam alias differentias.

Conuentionales ſunt , quæ ex conuentione vtriuſque partis concipiuntur , non ex Prætore, aut à Iudice vim capiunt, quarum tot genera, tot rerum contrahendarum.

Communes dicuntur quæ quandoque , aut à Prætore , aut à Iudice ſtatuuntur , vt rem pupilli ſaluã fore,& de rato,gloſſ.hîc ſatis apertè docet.

DE INVTILIBVS ſtipulationibus.

TITVLVS hîc pertinet ad exceptiones , quæ aduerſùs obligationes , ſtipulationes , contractus , & omnes conuentiones quæ paſſim

contrahi

contrahi possunt, earum rerum quæ dominio nostro subiiciuntur, aut non subiiciuntur. Inutilem esse stipulationem earum rerum quæ in rerum natura non sunt, aut certè nequeunt: sed si eius rei quæ in rerum natura non erat, sed esse credebatur stipulatio concepta sit, res ipsa in stipulationem & in petitionem & in condemnationem deduci debet: in eius tamen æstimationem fiet exequutio, gl. hîc in verbo credebat, & l. si seruus, 91. §. effectus. vbi gloss. in verb. possit. ff. de verb. oblig. & l. promissor, 21. ff. de const. pec. veluti si hominem quem credebant viuere stipulati sunt, cùm iam mortuus esset; quòd si hypocentaurum sit stipulatus, inutilis planè stipulatio est, cùm hic esse non possit.

Idem dicendum, si res sacra, religiosa, publica res, liber homo, vel res sua deducta sit in stipulationem, inutilis namque erit, quia hæ non sunt in commercio, vti dictum est suprà tit. de rerum diuis. & res sua iterum sua fieri nequeat, nec quidem si alienauerit, nec ipsa res, nec æstimatio debetur. §. sed si reus legatarius, suprà de legat. Protinus namque inutilis est stipulatio, tametsi publica res priuata effecta sit, & liber homo seruus, & res stipulatoris esse desierit. §. nec impendenti, hoc tit.

Valet tamen venditio earum rerum inter ignorantes,

rantes, §. loca sacra. inst. de emp. & vend. & datur actio ex empto aduersus venditorem, quod non habere ei liceat, vt consequatur quòd sua interest eum deceptum non esse; ídque locum habet, etsi venditor sciat, modò emptor ignoret. l. liberi hominis, 70. ff. de cont. emp. Quòd autem stipulatio non valeat, venditio autem subsistat, ratio illa est, quia qui vendidit fundum nõ habet necesse eum emptoris facere, vt cogitur qui fundum stipulanti spopondit. l. si ita, 21. ff. de contr. empt. Planè in venditionibus, vt actus valeat, necessaria est emptoris ignorantia, & liberi hominis, & loci sacri & religiosi, qui haberi non potest emptio, intelligitur si ab ignorante emitur, l. 4. ff. de contr. empt. sed sciens, emere non potest, l. sed Celsus. 6. ff. eod.

§. SI QVIS ALIVM.

Alieni facti obligatio inutilis est, facti autem proprij vtilis; veluti si spoponderit Titium aliquid daturum, aut facturum, non obligatur, secus si se effecturum aut curaturum, vt Titius daret spoponderit, obligatur: hoc enim casu factum suũ promittit, l. inter stipulantes, 83. ff. de verb. obl. alius pro alio promittens daturum facturúmve eum non obligatur: nam de se quemque promit-

tere oportet, & infrà §. viceuersa. his verbis: qui alium facturum promisit, videtur in ea esse causa vt non posse teneatur, nisi pœnam ipse promiserit, vel nisi ex legis præsumptione certis casibus id quòd interest promissum esse videatur in non dando, aut faciendo, Gloss. & Ang. hîc eos casus enumerat; quia in obligationibus facti, succedit obligatio ad id quod interest, l. quoties quis aliũ, 81.ff.de verb.obl. qui alium sisti promisit, nec adiecerit pœnam id quod interest sisti contineri.

§. *SI QVIS ALII.*

Si quis alij quàm ei cuius iuri subiectus sit stipuletur, nihil agit, diximus suprà per quas personas nobis acquiritur, & infrà, §. alteri. inuentæ sunt stipulationes & obligationes ad hoc, vt vnusquisque acquirat sibi quod sua interest: sed si alij stipuletur dari ei pœnam adiiciat, nisi ita factum sit, committitur pœnæ stipulatio, etiamsi eius nihil intersit. Sed quod de eo quòd interest dictum est, taxatio eius in duplum excedere non debet, gl. in d.l. stipulatio ista: in verb. factum alienum. & gl. in d. §. alteri. in verbo quæ sit quantitas. ne in infinitum pœna protrahatur, nec in duplum excedat. l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod interest proferuntur.

Quamuis

Quamuis autem alteri ſtipulari non liceat, ſolutio tamen in extraneam perſonam conferri poteſt, veluti ſi quis ſibi aut Seio ſoluere ſtipuletur, ſolui ritè ideò poteſt: ſed cùm ſtipulatori obligatio quæſita ſit aduerſus Seium, habet mandati actionem, §. planè, hoc tit. ſi præſens ſtipulationi fuit: ſi autem abſens negotiorũ geſtorum actione, niſi conſtet animo donandi ſtipulatum eſſe vt ſors ſolueretur. hîc gl. in verbo. mandati. l. Iulianus, 131. ff. de verb. obligat. ibi, ſed ſi donationis, vti dictum eſt, alteri ſtipulari nemo rectè poteſt, ſiue in totum, ſiue pro parte; atque ideò ſi quis ſibi aut alij, cuius iuri ſubiectus non ſit, dari decem ſit ſtipulatus, valet ſtipulatio pro dimidia parte, nec plus ſtipulanti acquiri: l. quod ſi quis ſibi, hoc tit. pro ea enim parte ſubſiſtit obligatio quæ in totum non vitiatur: l. 1. §. ſed ſi mihi. ff. de verb. oblig. ſed tantùm pro ea parte quæ extraneo ſtipulata eſt: atque ideò cùm ſint duæ ſtipulationes, vna vtilis, alia inutilis, neque vitiatur vtilis per hanc inutilem, cùm res diuiſibilis ſit, & duæ ſint ſtipulationes contra Ang. ſi res indiuiſibilis eſſet, quia vtrumque rei vitiaretur.

§. EI VERO.

QVAMVIS pater filio, aut filius patri ſtipule-

tere oportet, & infrà §. viceuersa. his verbis qui alium facturum promisit, videtur in ea esse causa vt non posse teneatur, nisi pœnam ipse promiserit, vel nisi ex legis præsumptione certis casibus id quòd interest promissum esse videatur in non dando, aut faciendo, Gloss. & Ang. hîc eos casus enumerat; quia in obligationibus facti, succedit obligatio ad id quod interest, l. quoties quis aliú, 81. ff. de verb. obl. qui alium sisti promisit, nec adiecerit pœnam id quod interest sisti contineri.

§. SI QVIS ALII.

Si quis alij quàm ei cuius iuri subiectus sit stipuletur, nihil agit, diximus suprà per quas personas nobis acquiritur, & infrà, §. alteri. inuentæ sunt stipulationes & obligationes ad hoc, vt vnusquisque acquirat sibi quod sua interest: sed si alij stipuletur dari ei pœnam adiiciat, nisi ita factum sit, committitur pœnæ stipulatio, etiamsi eius nihil intersit. Sed quod de eo quòd interest dictum est, taxatio eius in duplum excedere non debet, gl. in d. l. stipulatio ista: in verb. factum alienum. & gl. in d. §. alteri. in verbo quæ sit quantitas. ne in infinitum pœna protrahatur, nec in duplum excedat. l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod interest proferuntur.

Quamuis

Quamuis autem alteri ſtipulari non liceat, ſolutio tamen in extraneam perſonam conferri poteſt, veluti ſi quis ſibi aut Seio ſoluere ſtipuletur, ſolui ritè ideò poteſt: ſed cùm ſtipulatori obligatio quæſita ſit aduerſus Seium, habet mandati actionem, §. planè, hoc tit. ſi præſens ſtipulationi fuit: ſi autem abſens negotiorũ geſtorum actione, niſi conſtet animo donandi ſtipulatum eſſe vt ſors ſolueretur. hîc gl. in verbo. mandati. l. Iulianus, 131. ff. de verb. obligat. ibi, ſed ſi donationis, vti dictum eſt, alteri ſtipulari nemo rectè poteſt, ſiue in totum, ſiue pro parte; atque ideò ſi quis ſibi aut alij, cuius iuri ſubiectus non ſit, dari decem ſit ſtipulatus, valet ſtipulatio pro dimidia parte, nec plus ſtipulanti acquiri: l. quod ſi quis ſibi, hoc tit. pro ea enim parte ſubſiſtit obligatio quæ in totum non vitiatur: l. 1. §. ſed ſi mihi. ff. de verb. oblig. ſed tantùm pro ea parte quæ extraneo ſtipulata eſt: atque ideò cùm ſint duæ ſtipulationes, vna vtilis, alia inutilis, neque vitiatur vtilis per hanc inutilem, cùm res diuiſibilis ſit, & duæ ſint ſtipulationes contra Ang. ſi res indiuiſibilis eſſet, quia vtrumque rei vitiaretur.

§. EI VERO.

QVAMVIS pater filio, aut filius patri ſtipule-

tur, inutilis ſtipulatio non eſt; quia cùm pater filio ſtipulatur, proinde eſt ac ſi ſibi ſtipularetur, vtriuſque namque vox, vna vox eſt, cùm vna eademque perſona ſit patris & filij, maximè in his quæ à filio acquiri poſſunt, vt in eo quòd à patre proficiſcitur, & in aduentitio quoad vſumfructum, ſuprà, per quas perſonas. & l. quod dicitur, 136. ff. de verbor. oblig. ibi in his verum eſt, ſic ait lex. In his verum eſt quæ iuris ſunt, quæque acquiri patri poſſunt contra in ſtipulationibus facti, quando factum cohæret perſonæ filij, filio ipſi quæritur, vt ait hîc Ang. in caſtrenſibus, aut quaſi filio pater ſtipulari non poteſt, quia in his pro extraneo habetur.

§. PRÆTEREA.

INVTILIS eſt ſtipulatio, ſi quis ad ea quæ interrogatus fuerit congruè non reſpondit, l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de verb. oblig. ibi nondum, ſic reſpondet, &c. veluti ſi aliquid adiicit, aut detrahit, niſi ſtatim diuerſitas reſponſionis placuerit. Reſponſionis autem diuerſitas ſpectari poteſt, aut in qualitate, aut in quantitate, aut in ſpecie, in qualitate ſi quis purè ſtipuletur: tamen ſub conditione reſpondeas, inutilis eſt, vt hîc verſ.

aut

aut si ille. d. l. 1. §. si quis. Si quis simpliciter interrogatus responderit, si illud factum erit dabo, non enim sic respondet vt interrogatus est.

Si verò in quantitate, veluti si stipulanti mihi decem, tu viginti, responderis non esse contractam obligationem nisi in decem, & è contrà, quamuis enim oportet congruere summam manifestam, tamen est & viginti & decem inesse. d. l. 1. §. si stipulanti.

Si verò in specie quando vna res pro alia promittitur, nulla est obligatio, §. si de alia re, infrà h. tit. veluti si hominem Stichum à te quis stipulatus fuerit, tu de Pamphilo senseris, quem Stichum vocari credideras: sed si Pamphilum stipulanti tu Pamphilum & Stichum spoponderis, Stichi adiectionem pro superuacuo habendam: nam si tot sunt stipulationes quot corpora, duæ sunt stipulationes, neque vitiatur vtilis per inutilem. d. l. 1. §. si mihi. ff. de verb. oblig.

§. ITEM INVTILIS.

Inter patrem, & filium, dominum & seruum stipulatio contrahi vtiliter non potest, quia vti dictum est vna eadémque persona patris & filij, & seruus neque domino, neque alteri obligari pos-

test, filij verò familias alij obligari possunt, l. tam ex contractibus, 57. ff. de iudi. l. filiusfam. 39. ff. de oblig. & act. tam ex contractibus quàm ex delictis, in filiumfamilias competit actio: filiusfamilias ex omnibus causis tanquam paterfamilias obligatur, atque ideò agi cum eo tanquam patrefamilias potest; sed si pater ex negotiatione filij commodum sentiat, etiam ex facto filij pater conueniri potest, l. Prætor ait. §. filiusfamilias. ff. de edencio. & ibi Bald. quod cõuenit actioni quæ aduersus patrẽ datur, quæ de re in rem verso dicitur: eatenus enim pater conueniri potest, quatenus in rem eius versum erit, infrà quod cum eo qui in alium potest, §. fin. ibi quodque. quódque in rem eius versum erit directò posse à patre condici, tanquam si principaliter cum ipso negotium gestum esset: sed ex mutuo filiusfamilias non obligatur propter S. C. Macedoniani authoritatem, nisi sui iuris factus debitum agnouerit. Sed quod ait hîc Iustinianus inter patrem & filium non subsistere obligationem, neque dari actionem: l. actiones, 7. ff. de act. & obl. l. nec cum filiofamilias, 16. ff. de furtis, & infrà de oblig. quæ ex del. nasc. §. hi qui in parentum. Ibi furti actio, &c. l. lis nulla, ff. de iud. actiones aduersus patrem filio præstari non possunt dum in eius potestate

est,

est, hi qui in parentum, &c. furti actio non nascitur, quia nec ex alia vlla causa potest inter eos actio nasci. Lis, inquit Iurisconsultus, cum eo quem in potestate habemus nulla nobis esse potest, nisi ex castrensi peculio: idem in quasi castrensi, & in aduentitiis, in quibus patri non est quæsitus vsusfructus. Bart. Ias. & Cassialupus ad l. frater à fratre. ff. de cond. ind. Quid verò dicendum est de donatione facta filio in potestate existenti an valeat; & sanè quia donando filio sibi ipsi donare videtur, inutilis esse videtur, l. donationes, 29. C. de don. int. vir. & vx. ibidem infrà, & in l. emancipatio, 17. C. eod. nisi in eadem voluntate decesserit. Quia magis est destinatio paternæ voluntatis, quàm perfecta donatio; l. cùm de bonis, 11. C. eod. & quamuis nonnulli existiment eam confirmari iuramento, in d. l. frater à fratre. tamen Baldus ait id verum esse si pater expresse iurauerit se eam non reuocaturum: in l. 2. ff. de iureiur. tamen existimo iuramentum eam habere conditionem quam habet actus cui adhæret, vti ait Decius; cons. 366. n. 8. Oldendorp. cons. 238. quia donatio conditionem tacitam habet, si non reuocauerit, aut si testamento sit confirmata, aut si liberi post eam nati non fuerint, & eisdem conditionibus iuramento firmatur; quòd etiam sequitur

Rom.

Rom. conſ. 169. ſed Guid. Pap. ait firmari iuramento, & ex ea actionem dari, & ita iudicatum.

Sed Ferrerius addidit contrarium pluribus auctoritatibus, verum eſſe contendit donationem inter patrem & filium iuramento vallatam irritum eſſe, nec ſubſiſtere poſſe, q. 146.

Quòd ſi donatio facta ſit filio contemplatione matrimonij, aut filiis ex eo naſcituris, G. Pap. ait eam valere, aut reuocari poſſe. Item ait Mol. deciſ. 145. Guid. Pap. conſ. 36. licèt nullus pro liberis fuerit ſtipulatus, in qua inſinuatio non deſideratur ex ordinatione Curiæ exemplo ſtatuti Delphinalis, cuius forma in donationibus emancipationis, aut matrimonij cauſa factis non deſideratur, ex quo etiam colligi poteſt donationem matrimonij cauſa factis non deſideratur, ex quo etiam colligi poteſt donationem matrimonij cauſa factam eſſe validam.

Quæritur an donationi huic grauamen adiici poſſit, & reſpõdi donationi perfectæ onus poſtea adiici non poſſe, l. perfecta donatio. 4. C. de donat. quæ ſub mod. & l. 2. vbi ſatis. eod. de reuoc. don. neque ex pœnitẽtia ſola donata alienari poſſunt. l. 3. eod. Boër. deciſione 204. ait grauamen adiici poſſe, & Aufrer. deciſ. 453. cùm & filia in dote ex poſt facto grauari poſſit, maximè ſi excedit legitimam.

timam: l. fin. §. filia. vbi Bart. ff. de leg. 3. & l. vnum ex familia, 67. §. ſed etſi fundum. ff. de leg. 2. ibi ſi tantùm dicat, &c. ſed quando donatio facta eſt in contractu matrimonij filiis naſcituris & eligendis: quia differtur in tempus, liberum eſt donanti quem volet exigere, non eſt dubium quin eligendo electum ſubſtitutione grauare poſſit, Boër. deciſ. d. n. 33. Idque agnationis conſeruandæ cauſa, quòd verum exiſtimo, etiamſi tempore electionis nil præterea electo donauerit: cùm enim ſi alterum non elegiſſet omnes admitterentur, potuit vnum eligendo eum grauare vt cæteris reſtituat: quòd ſi electio ad maſculos reſtricta erat, puto non poſſe grauare electum filiabus reſtituere, quinimò donatio maſculus tantùm eligendis quæſita videtur, & grauamen reſtringi fauore maſculorum debet.

§. MVTVVM.

INVTILES ſtipulationes ſunt, aut ratione perſonarum, aut rerum, aut ex aliis circunſtantiis, aut ex forma & natura ſtipulationis, de quibus iam ſuprà dictum; hîc ex perſona muti, furioſi, aut pupilli qui ſine tutore contrahit, inutilis eſt obligatio, dico de muto & ſurdo, qui omnino nec loqui, nec audire poſſunt: vix enim eſt vt conſen-

ſum ſuum præſtare poſſint, ſine quo nulla, vti dictum eſt, contrahi poteſt obligatio, aut ſtipulatio: an autem emere, vendere, matrimonium contrahere, & alios contractus præter ſtipulationem facere, & ſanè ſi amici, aut alij coniuncti adhibentur, qui teſtentur ex ſignis & demonſtrationibus, ſurdi & muti, eos velle emere, vendere, aut matrimonium contrahere, & id ſcribat Notarius, valet contractus. Aret. in h. §.

§. *FVRIOSVS.*

CVM furioſi nulla ſit voluntas, l. furioſi, 40. ff. de reg. iur. meritò nullum negotium contrahere poteſt, l. in negotiis, 4. ff. eod. & l. 1. §. furioſum. ff. de act. & oblig. furioſum, ſiue ſtipulatur, ſiue promittat, nihil agere natura manifeſtum eſt; quia non intelligit quod agit, nec conſenſum præſtare poteſt: ex natura rei tamen & ſine conſenſu furioſus obligatur. l. furioſus, 45. ff. de act. & obl. & l. ſi à furioſo, 24. eod. Nam ex quibus cauſis ignorantibus nobis actiones acquiruntur, ex eiſdem etiam furioſi nomine incipit agi poſſe; exempla ponuntur in iure in d. l. furioſo. & l. furioſus. ex quibus infert Bartolus ibidem, vbi non requiritur conſenſus tacitus, vel expreſſus, furioſus poteſt obligari,

obligari, & obligatio ſibi quæri, ſicut homini ſanæ mentis. Furioſus an ſanæ mentis ſit, quis cognoſcitur ex eorum ſermonibus & geſtis, l. quidam in ſuo teſtamento, 27. ff. de cond. indeb. cum gloſſ. in verbo amoueri, & in l. 15. qui, 12. §. diuus, ff. de tut. & cur. dat ibi ex ſermonibus compotes eſſe, & furioſum faciunt ex tum, vbi gloſſ. in verbo ſermonibus.

Conſtat etiam furioſum ex delicto non teneri, l. congruit, 13. ff. de off. præſ. ſed in carcere detineri, in quo diſcutiendum an ſimulato furore obliquerit, an verò reuera compos mentis non eſſet vt priore caſu plecteretur; ſecundò, in carcere detineretur, l. pœna parricidij, in fin. ff. ad L. Pomp. de parricid. ſufficit ipſo furore eum puniri, diligentiúſque cuſtodiendum, aut etiam vinculis coërcendum. Quòd ſi furioſus habeat dilucida internalla, contrahere & teſtari poteſt. l. furioſus, 9. C. qui teſt. fac. poſſ. & l. 3. in verb. & ſi furioſi, ff. de neg. geſt.

§. PVPILLVS OMNE NEGOTIVM.

Pvpillvs is propriè dicitur, qui cùm impubes eſt deſiit in patris poteſtate eſſe, aut morte, aut emancipatione: l. pupillus, 239. ff. de verb. ſign. & gloſſ. in l. fin. in verbo conſtitueretur, verſ. item

nota. ff. vbi pupill. educ. deb. infantem autem dicimus eum qui minor est septem annis. l. si infanti, in prin. 18. C. de iur. delib.

Natura autem prohibente quandiu in infanti ætate est, pupillus nullo modo rectè paciscitur, & paciscens nec naturaliter, nec ciuiliter obligatur, l. pupillus, 59. ff. de act. & oblig. quæ de obligatione instantis intelligitur per gloss. ibidem. Cùm alioqui pupillus post septennium, & pubertati proximus obligari naturaliter possit. gl. in l. 1. in verb. promiserit, ff. de nouat. & l. 51. pupillus, 21. ff. ad l. Falc. ibi & literatus naturali obligatione. Quòd si tutore authore obligatur, & naturaliter, & ciuiliter obligatur: sed potest restitui. l. impuberes, 13. vbi gloss. in verb. obligantur. ff. de aut. & consensu tut. sine tutore autem iure ciuili obligari non potest, l. obligari. ff. de act. & oblig. & l. 1. C. de inut. stip. his verbis, ex stipulatione, &c. Bart. in l. 1. ff. de nouat. Ex stipulatione inqua impubes sine tutore authore spopondisti, non es obligatus, vbi glossa notat species in quibus pupillus alligari ritè possit naturaliter & ciuiliter, & quāuis sine tutore authore obligari ritè nequeant, tamē alios sibi obligare possunt, sed cum tutore authore obligari possunt, nō tamen patris authoritate. Idque ideò ait glossa, quia tutorem pupillus habet, obligatum

gatum, non habet patrem; per l. cum oportet, 6. §. non autem. C. de bon. quæ lib. quia vbi est ætatis defectus, patris authoritas non sufficit ad obligandum. Bart. in d. §. pupillus. l. si seruus, 141. ff. de verb. oblig. In iis autem in quibus obligatur; verum est nisi locupletior pupillus factus sit. l. apud Celsum, 4. §. si quis pupillo. soluerit, ff. de dol. mal. & met. excep.

§. SI IMPOSSIBILIS.

Si impossibilis obligationibus conditio adiiciatur, nihil valet stipulatio, quia impossibilium nulla est obligatio. l. impossibilium, 185. ff. de reg. iur. Impossibilis autem conditio habetur cui natura impedimento est quominus existat, veluti si quis ita dixerit, Si digito cœlum attigero dare spondes, adeò vt nec quidem ex huius stipulatione naturalis obligatio nascitur, secundùm Dynũ, in l. 51. sub impossibili, 29. ff. de fideiuss. vbi cùm personalis non subsistat fideiussor, dari non potest. Idem si non moriturum præstari seruum promiserit: est enim impossibile secundùm naturam nostram; l. nõ moriturum, 8. C. de contr. & comm. stip. & si concipiatur in non faciendo, veluti si digito cœlum non attigero dare spondes, iure fa-

cta obligatio intelligitur, ideóque statim petere potest, l. impossibilis, 7. ff. de verb. oblig. sicut lex loquitur. His verbis impossibilis conditio cùm in faciendo concipitur, stipulationibus obstat, aliter si talis conditio inferatur stipulationi, si in cœlum non ascenderit: nam vtilis & præsens est, & pecuniam creditam continet, idem de conditionibus quæ omnino extare possunt, & quæ iam sunt; quia iure stipulatus censetur, gloss. in d. l. 7. in verb. non ascenderit. & huiusmodi quæ iure contractæ videntur, statim peti possunt, cum spatio tamen quo solui possit. gl. hic in verbo statui, & suprà de verbor. obl. §. omnis stipulatio.

In vltimis autem voluntatibus conditiones impossibiles adiectæ, siue in institutionibus legatis, nec non in fideicommissis & libertatibus, pro non scriptis habentur. & suprà de hæredib. instit. §. impossibilis.

§. *ITEM VERBORUM.*

Obligatio quæ verbis contrahitur, inter absentes concepta inutilis est, l. 1. ff. de verb. oblig. in prin. ibi nec absent. quidem, & l. 3. C. de inutil. stip. quia exaudiri inuicem debent, inter absentes verborum obligatio contrahi non potest, quia com-

munius,

munius, id eſt, ſtatim reſponderi, l. contrarius. 137. in princ. ff. de verb. oblig. oportet; ſed quando ſcriptura ſtipulationis confecta eſt, ea quæ partes præſentes eſſe iudicat, omnino ſcripturæ ſtandum eſt, niſi manifeſtis probationibus, vel per ſcripturam, vel per teſtes idoneos probatum fuerit eo die quò cõficiebatur inſtrumentum alterutrum contrahentium in aliis locis eſſe. l. optimam, 14. C. de contr. & com. ſtip. ibi & ſi inter præſentes, &c. Et hoc eſſe credendum: ſi tamen in eadem ciuitate vtraque perſona in eo die commanet, in quo huiuſmodi inſtrumentum confectum eſt, niſi is qui dicit ſeſe vel aduerſarium abfuiſſe; liquidis & manifeſtis probationibus, & meliùs quidem ſi per ſcripturam, vel ſaltem per teſtes vndique idoneos, & omni exceptione maiores oſtenderit ſeſe, vel aduerſarium ſuum eo die à ciuitate abfuiſſe; ſed huiuſmodi ſcripturas propter vtilitatem contrahentium eſſe credendas. *Mais aujourd'huy par l'Ordonnance d'Abbeuille on n'eſt receu à debatre tels contracts, que par inſcription de faux, qui ſe faict au Greffe, apres que la partie a declaré de s'en vouloir ſeruir. La forme de proceder en toutes Cours ſe peut voir au Papon*, lib. 22. tit. 13. art. 28. *ledit Pap. art. 6. dudit tilt*. Et en *la meſme des Ordonnances*, lib. 9. tit. 13. *où l'on peut remarquer*, in quo *celuy qui a declaré*

clare s'en vouloir seruir, peut desister auant qu'il soit informé sur les moyens de faux.

§. *POST MORTEM.*

QVAMVIS olim non liceret stipulari aliquid sibi dari post mortem, vel cùm moreretur, vel pridie quàm moreretur: tamen sublata ea veterum scrupulosa inquisitione siue contractu, siue testamento habere eo modo conuenta & relicta, l. scrupulosam. 11. C. de contrah. & comm. stip. & ex his actiones & hæredibus, & in hæredes dantur, & ab ipsis incipiunt, l. vnic. C. vt act. & ab hæredibus, & contra hæredes incipiunt, ne propter nimiam subtilitatem verborum voluntates contrahentium impediantur, valent enim ex consensu stipulationes contrahentium, vti suprà dictum est.

§. *ITEM SI QVIS ITA STIPVLATVS.*

STIPVLATIO præposterè concepta inutilis erat; veluti si nauis ex Asia venerit hodie, dare spondes; sed ex constitutione Iustiniani, exemplo constitutionis Leonis, qui in dotibus eiusmodi stipulationem non reiiciendam existimant; in hunc

hunc iuris articulum emendationem induxit, exactione tamen poſt conditionem, vel diem competente: itaque tali exceptione ceſſante, & ſtipulatio, & alij contractus, & teſtatoris voluntas, indubitate valeant: l. præpoſteri reprehenſionem, 25. C. de teſtam. nec enim ordo ſcripturæ ſpectatur, ſed potiùs ex iure punitur id quòd agi videtur, l. nec enim, 6. ff. de ſolut.

§. ITA AVTEM CONCEPTA.

Stipvlatio concepta cùm moriar, vel cùm morieris, & apud veteres vtilis erat, & nunc valet. Item poſt mortem alterius rectè ſtipulamus; hoc enim caſu dicitur æs alienum hæreditarium, de quo cùm de futuro agi non potuit. l. hæreditarium, 7. ff. de reb. aut ind. poſſ.

§. SI SCRIPTVM.

Si ſcriptum in inſtrumento fuerit promiſiſſe aliquem, perinde habetur, atque ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit, ſi modo res geſta ſit inter præſentes. l. 1. C. de contr. & comm. ſtip. his verbis, licèt epiſtolæ, & l. optimam, eod. ſic dicit lex, licèt epiſtolæ quam in libello inſeruiſti addi-

ctum non sit, stipulatum esse eum cui cauebatur: tamen si res inter præsentes gesta est, credendum est præcedentem stipulationem vocem spondentis subsequutam esse; præsentes autem esse præsumuntur, gl. in verb. inter pręsentes. d. l. 1. nisi contrarium probetur, vti suprà diximus; qui enim scripsit se fideiussisse omnia solemniter, acta præsumuntur, §. fin. de fideiuss. & l. sciendum, 30. de verb. oblig. l. Titia, 120. §. idem respondit, ibi intelligendum esse præcessisse verba stipulationis.

§. QVOTIES PLVRES.

TOT sunt stipulationes quot sunt res in stipulationem deducere, quod si promissor simpliciter respondeat, cùm plures in stipulationem deducuntur, ad omnes tenetur, alioqui obligatio in iis pro quibus responderit tantùm contrahitur, nec imperfecta perfectas vitiat.

§. ALTERI STIPVLARI, & §. sed & si quis.

SVPERIORE §. si quis alij. dictum est neminem posse alteri stipulari qui iuri suo subiectus non sit, vbi vide ibi fallentias. gloss. in verb. nihil agit.

agit. & hîc gloſſ. in verbo,ſuprà,& verbo,quæ ſit quantitas. Cùm autem eius intereſt, qui ſtipulatur, etiam alteri ſtipulari poteſt, veluti filius, ſeruus, qui patri vel domino acquirunt, tutor pupillo,ſeruus publicus, & alij caſus, in d. gl. aliis autem, niſi adiecta pœna ſtipulari poteſt; quæ vti dictum eſt, cum loco eius ſuccedat, duplum excedere non poteſt. Valent etiam ſtipulationes tutoris rem pupilli ſaluam fore, & ſi quis procuratori ſuo dari ſit ſtipulatus, aut creditori ſuo, valent eiuſmodi ſtipulationes,quia ſua intereſt.

§. *VICEVERSA.*

QVI aliũm facturum promiſit, videtur in ea eſſe cauſa vt non teneatur, niſi pœnam ipſe promiſerit,de quo diximus,ſuprà,§.ſi quis alium.

§. *NEMO REM SVAM.*

QVOD ſuum eſt ampliùs ſuũ fieri non poteſt, ſuprà de actionib. §. ſic itaque diſcretis, ibi nec res,&c.nec res quæ iam actoris eſt magis eius fieri poteſt, rem tamen ſibi reſtitui ſtipulari poteſt: l.nemo,92.ff.de verb.oblig.ibi ſanè rem,&c.ſanè rem meam mihi reſtitui rectè ſtipulari videor,ſed

eam quæ ſua futura ſit, aut ſua eſt, vtiliter nemo ſibi ſtipulari poteſt ſi conditionis exiſtentia tempore ſua non ſit, l. ſi rem meam, 31. de verb. oblig. futuram autem rem ſuam in eum caſum quo ſua ſit nemo viriliter ſtipulatur, d. l. nemo, 87. eod.

§. *SI DE ALIA RE.*

INVTILIS eſt ſtipulatio ſi in re quæ in ſtipulationem deducetur diſſenſus verſetur, veluti ſi hominem Stichum à te quis ſtipulatus fuerit, tu de Pamphilo ſenſeris, quem Stichum vocari credideris: ídque maximè quando certum eſt eos diſſenſiſſe; lex ait ſi hominem ſtipulatus ſum, & ego de alio ſenſero, tu de alio, nihil acti erit, quia ſtipulatio ex vtriuſque conſenſu perficitur: l. inter ſtipulantem, 83. §. ſi Stichum. ff. eod. ſed hîc magis eſt vt is petitus videatur de quo actor ſenſit, nam ſtipulatio ex vtriuſque conſenſu valet, iudicium autem etiam in inuictum redditur, & ideò actori potiùs credendum eſt, alioqui ſemper negabit reus ſe conſenſiſſe. In ſtipulationibus enim cùm quæritur quid actum ſit, verba contra ſtipulatorem interpretanda ſunt, l. ſtipulatio iſta, 38. §. alteri, verſ. in ſtipulationibus, ff. eod. conſtat etiam diſſenſum circa pretium, ſeu in pretio, ſeu

materia,

materia, vel ſexu contractum venditionis vitiare: ſed diſſenſus in nomine ſi de corpore conſtet, non vitiat: l. in venditionibus, vbi Bald. ff. de contr. empt. Idem dicendum de errore in materia qui obligationem non vitiat, ſed ſi pro auro æs vendidiſti, quod aurum eſſe putabam, valet venditio, quia de corpore venditio conſtat, ſed actio de dolo datur aduerſus venditorem. l. ſi id quod communi, 22. ff. de verb. oblig.

§. *QVOD TVRPI EX CAVSA.*

GENERALITER omnes turpes ſtipulationes nullius eſſe momenti, nec iure ciuili, nec iure prætorio valent; ſed ex huiuſmodi obligationibus actionem denegari, veluti, ſi quis homicidium, vel ſacrilegium ſe facturum promittat: l. veluti, 27. eod. ſi tamen vtriuſque & dantis & accipientis turpitudo ſit, ſoluti repetitio non datur. tit. de cond. ob turp. etiam cauſam.

§. *CVM QVIS.*

STIPVLATIO conditionalis tranſit ad hæredes ſtipulantis & promittentis, vt agere exiſtente conditione poſſint, contra in legatis quæ non

transſmittuntur ante conditionis euentum legatario moriente, l. 1. §. ſin autem aliquid. C. de cred. toll. ſed hærede moriente ante conditionis euentum, hæredem ſuum obligatum relinquit. l. legato ſub conditione, 65. ff. de cond. & dem.

§. QVI HOC ANNO.

Qvi hoc anno, aut hoc menſe dari ſtipulatus eſt, niſi omnibus partibus anni vel menſis præteritis non rectè petet; l. qui hoc anno, 42. ff. de verbor. oblig. quòd ſi aliquid annuum ſit ſtipulatus, principio anni debetur, ſiue legatum ſit, ſiue in contractu fiat promiſſio, gl. hic per l. ſi in ann. ff. de cond. & dem. vbi Bart. & l. nec ſemel, 12. ff. quand. dies leg. ced. & l. 1. C. eod. verba legis, ſi cõpetenti Iudici annua legata, vel fideicommiſſa tibi relicta probaueris ab initio cuiuſque anni exigendi, ea habebis facultatem, vnde verſus,

Annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni,
Anno ſi debes, in fine teneberis anni.

§. SI FVNDVM.

Si fundum dari ſtipuleris, vel hominem, non poteris continuò agere, niſi tantum ſpatium, præterierit

terierit quò traditio fieri poſſit cum commodo promiſſoris cum modico tempore,l.promiſſor,21. §.ſi ſine die.ff.& ple. conſt. lex ait ſi ſine die conſtituas,poteſt quidem dici te non teneri.

Licèt verba edicti latè pateant , alioquin & confeſtim tecum agi poterit ſi ſtatim vt conſtituiſti non ſoluas : ſed modicum tempus ſtatuendum eſt,non minus decem dierum,vt exactio celebretur : quandoque modicum tempus dicitur, quod poſt condemnationem reis indulgetur ; l. ſi debitori.in fin.21.ff.de iud. & l. debitoribus, 21. ff. de re iud. verba legis his qui fatebuntur debere; aut ex re iudicata neceſſe habebunt reddere,tempus ad ſoluendum detur , quod ſufficere pro facultate cuiuſque videbitur,eorum qui infra diem, vel ab initio datum, vel ex ea cauſa, poſtea prorogatum ſibi non reddiderunt , pignora capiantur, eáque ſi infrà duos menſes non ſoluerint,vendantur ; ſi quid ex pretiis ſuperſit , reddatur ei cuius pignora vendita erunt ; ſed hodie condemnatis quadrimeſtre datur,l.2.& 3.C.de vſur. rei iud. nec ſolùm condemnatis , ſed & eorum fideiuſſoribus. §. & cùm antiquitas.d.l.3.

DE FIDEIVSSORIBVS.

OMNI obligationi fideiussor accedere potest, l. 1. ff. de fideiuss. siue ea sit naturalis tantùm, aut ciuilis, aut & naturalis, & ciuilis; §. in omnibus. ídque tam præsenti obligationi quàm futuræ, l. stipulatus, 6. eod. & l. Græcè, 8. eodem, & infrà. §. fideiussor. & præcedere obligationem, & sequi potest. Is autem fideiussor dicitur qui alieno nomine obligatur, plerumque enim ab eo quem proprio nomine obligamus, alios accipimus qui eadem obligatione teneantur dum curamus, vt quòd in obligationẽ deduximus tutiùs nobis debeatur, l. 1. §. sed aut proprio. ff. de oblig. & act. vt cùm facultatibus lapsus fuerit, debitor ab his qui pro eo obligati sunt exigimus: §. fin. inst. de repl. tum etiam vt diligentiùs sibi caueatur, vnde plus cauere dicitur cum fideiussoribus, sed plus, & cum pignoribus; simpliciter verò prolata ab homine intelligitur, siue fideiussoribus, secus si à lege vel Prætore, nisi procederet vltra, declarando eandem cautionem sufficere. gl. ex additione, Ang. suprà in princ. Sed si personalis obligatio nulla sit, cùm id quòd

quòd stipulamur tale sit vt dari non possit, fideiussio subsistere nõ potest, d. §. veluti. si hominem liberum, aut mortuum, aut ædes iam deústas stipulemur ignoranter, inutiles sunt stipulationes.

§. SI PLVRES.

TAMETSI plures dati fideiussores sint, qui quotquot sunt numero in solidum obligantur, adeò vt liberum sit creditori à quo velit solidum petere: tamen beneficio epistolæ diui Adriani, quæ non extat, & cuius plerisque locis in iure fit mentio, impetrare poterant beneficium diuisionis, vt vnusquisque pro virili tantùm teneretur, si modò tempore litis contestatæ omnes soluendo essent, quòd si aliquis fideiussorum eo tempore soluendo non sit, hoc cæteros onerat.

Diuisio autem petẽda est inter eos qui soluendo sunt ante cõdemnationem, l. fideiussa. C. de fideiussor. nisi appellatũ esset; quia in causa appellationis opponi potest. gl. ibi in verb. ante cõdemnationem. Ibi notat etiam exceptionem Macedoniani & Velleiani post sententiam opponi posse; l. tamen, 11. ff. ad Macedon. verba legis tamen si non opposita, exceptione condemnati sunt, vtentur S. C. exceptione, ita Iulianus scribit in ipso

filiofamilias, exemplo mulieris intercedentis, & gl. ait ibidem exceptionem hanc opponi contra exequutiorem; sed hodie iure Gallico, vt salua sit exceptio, appellandum est, aut ad restitutionem in integrum recurrendum. *Car voye de nullité n'a lieu.*

Sed si ab vno fideiussore creditor totum consequutus sit, huius solius detrimentum erit, si is pro quo fideiussit soluendo non sit, & sibi imputare debet cùm potuerit iuuari, ex epistola diui Adriani, & desiderare vt pro parte in se detur actio, hæc sunt verba textus. Id quòd etiam ex edicto Prætoris comprehensum fuisse Iulius Paulus iudicat, lib. 1. receptarum sententiarum, tit. 20. in hæc verba; inter fideiussores ex edicto Prætoris, si soluendo sint, licèt singuli in solidum teneantur, obligatio diuiditur; quod quidem edictum compositum est authoritate Adriani, vbi notat Cuiacius, in d. tit. 20. de fideiussore & sponsore, quod in Pandectis, in tit. de fideiussoribus multis in locis demonstratur. Limitationes ad eam epistolam notat gloss. hîc in verbo partes: hoc quoque beneficium diuisionis traxit Iustinianus ad rem constitutæ pecuniæ, in fi. C. de const. pec. his verbis diui Adriani epistolam, quæ de periculo diuidendo inter mandatores & fide-

iussores

iussores loquitur, locum habere: in his etiam qui pecunias pro aliis constituunt, necessarium est; æquitatis enim ratio diuersas species actionis excludere nullo modo debet, vti enim ait ibi eadem æquitas idem ius, æquitatis enim ratio similiâ suadere videtur. l. fin. in fin. C. ad leg. Falc. *Mais les Notaires pour euiter ceste diuision, ont accoustumé de mettre, que les debteurs & fideiusseurs obligent solidairement, auec expresse renonciation à ladite diuision*, quæ ex epistola diui Adriani competere poterat, *& à la discution de premier conuenir le principal que les pleges & cautions.*

§. *FIDEIVSSORES.*

Fideiussores ita obligari non possunt, vt plus debeant quàm debeat is pro quo obligantur: cùm enim fideiussorũ obligatio accessio sit principalis obligationis, non potest plus in accessione esse quàm in principali obligatione; possunt tamen vt minus debeant ritè obligari; sed si in plus obligati sunt, manet obligatio vsque ad concurrentem quantitatem eius quod principalis debet, in eo quod excedit infirmatur: idque ideò, quia vtile per inutile non vitiatur, l. hactenus, 11. cum gl. ff. de const. pec. & l. placuit, 29. ff. de vsu-

ris. verba legis placuit, siue supra statutum modum quis vsuras stipulatus fuerit, siue vsurarum vsuras, quod illicitè adiectum est pro non adiecto haberi, & licitas peti posse: hoc tamen in vsuris non tenet, quia obstat authentica.l.ad hæc.C. eod. non solùm autem in quantitate, sed etiam in tempore minus aut plus intelligitur; plus enim est statim aliquid dare, minus est post tempus dare.l.si cui,12.in fin.ff.de verb. signif.

§. *SI QVID AVTEM.*

Si quid autem fideiussor pro reo soluerit, eius recuperandi causa habet cum eo mandati iudicium, siue actionem, si quidem ex mandato fideiussor; aut habet actionem ex stipulatu vtroque præsente, l.1.ff.de verb.oblig. aut negotiorum gestorum si pro absente fideiusserit, l.cum mandato, 10.ff.mandati. Antequam autem creditor aduersus fideiussorem agat, necesse est appareat debitorem præsentem non esse soluendo, discussis & perquisitis eius rebus, neque sufficientibus inuentis, auth.præsente.C. de fideiuss. & in hac discussione Iudex cogere potest debitorem iudicare bona mobilia & immobilia quæ habet, quod si notoriè sit non soluendo, & apparitor, vel nuntius

tius eius cui mandata est exequutio;&pignorum captio refert se non iuuenisse bona debitoris,cui Boër.decis.277.n.1. creditur conuenire, potest fideiussores alios casus quibus in discusso debitore fideiussores conueniuntur. Aufrer. ad decis. cap. Thol.196.

Contra tertios autem possessores per hypothecariam non agitur, nisi discusso principali mandatoribus constituentibus, & fideiussoribus.

Et quand le possesseur impugne le rapport du sergent, ou la discution faicte sur la notorieté, il n'est receuable, sinon qu'il indique au creancier des biens du debiteur,non imbringuez: & c'est ainsi que les creanciers ont accoustumé de se pouruoir contre lesdits possesseurs, pour leurs oppositions sur le manquement de discution.

§. *IN STIPVLATIONIBVS.*

Si quis scripserit se fideiussisse, videri omnia solemniter acta,siue scriptura sit publica,siue priuata; quia intelligitur, vti suprà dictum est, interrogatio præcessisse. gloss. hîc. in verbo actu, in fine.

DE LITERARVM obligationibus.

DE obligationibus quæ verbis,re,aut consensu contrahuntur in Pandectis fit mentio: l.1.in prin.& l. oblig. annua, 52. ff. de oblig.& act.sed de literarum obligationibus nulla fit mentio. Cùm autem constituebantur literis obligationes,& in mutuo dabatur quinquennium ad exceptionem non muneratæ pecuniæ, quod tempus ad biennium Iustinianus coarctauit: si verò ex alia causa quàm mutui; veluti emptionis, aut alterius in scriptis confiteatur,incontinenti nocet,nec potest contrarium probari, nisi per contrariam scripturam,l.generaliter, 13. C. de non num. pec. & hoc in debitore confitente, sed in creditore confitente sibi solutum triginta dies statuuntur, nisi casibus quibus incontinenti præiudicatur,l.in contractibus,14.§.super certis. l.de non num. pec. infrà triginta, ait lex, tantummodo dies:post huiusmodi securitatis expositionem connumerandos, exceptionem non numeratæ pecuniæ posse obiici, nec ei liceat post excessum memoratum triginta dierum non esse sibi solutas pecunias,

pecunias, vel alias res dicere ; & nota tres casus in quibus statim cessare dicitur exceptio non numeratæ pecuniæ: primò, in deposito: secundò, quando officialis, aut alius publicus functiones recepisse fatetur: tertiò, in securitate dotis post confectionem dotalium instrumentorum, d. l. in contractibus, §. sed quoniam. & de publicis securitatibus est textus, l. fin. C. de apoch. pub. lib. 10. verba legis, securitatibus quæ publicarum functionum gratia, siue in solidum, siue ex parte solutæ esse conscribantur à Procuratore fisci, vel alioqui habet ius exigendi nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus exponi concedimus.

Illo tamen semper obseruando, vt in quibus non permittitur exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere ; vel ab initio vt in dictis casibus, vel aliis positis in gl. in verbo penitus, vel post taxatum tempus elapsum, in his nec iusiurandum offerre liceat, d. l. §. in omnibus. sed in auth. seq. interrumpit autem præscriptionem propositio in scriptis coram Iudice facta, etiam parte non citata si absens est, aut oportere eam mulieri, vel omnimodo ei qui dotem conscripsit innotescere, & quandiu is qui vtitur ea exceptione est, intra tempora recipit onus probandi pecuniam

cuniam numeratam esse in aduersarium.

An verò is qui renuntiante exceptioni non numeratæ pecuniæ ea iuuari potest, gl. in l. si ex cautione. 3. C. de non num. pec. in verb. probare, vers. sed si denuntiauerit. secundùm quosdam non obesse renuntiationem quæ opponi possit. Et agi de dolo, & ad probationem admitti; renunciatio enim facta videtur sub spe numerationis. Aret. hîc idem sentire videtur, siue in contractu, siue intra biennium fiat, si postea admittendum excipientem ad probandam pecuniam non fuisse numeratam.

DE OBLIGATIONIBVS ex consensu.

OBLIGATIONES quæ consensu perficiuntur, veluti emptio, venditio, locatio, conductio, societas, mandatum, scripturam non desiderant, nec dari quicquam necesse est, quæ etiam inter absentes contrahuntur, veluti per epistolam, non quòd in omnibus obligationibus, siue re, siue verbis fiant consensus non desideretur: obligatio enim quæ consensum contrahentiũ non habet nulla est; hoc enim

vtriusque

vtriusque animo ita sit vt obligatio constituatur, de quo suprà. ibi, tit. 14. de oblig. & l.1.ff. de act. & oblig. quia neque verborum, neque scripturæ vlla proprietas desideratur: sed sufficit eos qui negotia gerunt consentire, vti etiam ait Imp. hoc tit. consentientes in aliquam rem ex consensu obligari necessario ex voluntate nostra videmur, l. obligamur, 53. ibi consentientes, &c. ff. de oblig. & act. nisi enim animus vtriusque consentit perduci ad effectum id quòd inchoatur non potest. l. in omnibus, 55. ff. eodem.

§. DE EMPTIONE *& venditione.*

ORIGO emendi, vendendi, quæ à permutationibus cœpit; cùm enim antea non esset nummus, vnusquisque secundùm necessitatem vtilibus inutilia permutabat: sed quia non semper, nec facilè concurrebat, vt cùm tu haberes quòd ego desiderarem, inuicem haberem quod tu accipere velles, inuenta est materia nummismatis forma publica percussa, cuius perpetua æstimatio, difficultatibus permutationum æqualitate æstimationis subueniret. l. 1. ff. de

contr. empt. Est autem emptio iurisgentium, & ideò consensu peragitur. d. l. 1. §. fin. & l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Cuius verbo, nẽpe emptionis lex XII. Tabularum omnem complexa est alienationem l. statu liberi, 29. vers. quoniam lex. ff. de stat. lib. emptio & venditio contrahitur simulátque de pretio conuenerit, quamuis nondum pretium numeratum sit, ac ne arrha quidem data fuerit, vt suprà tit. proximo. Ibi nec quicquã dari necesse est placito, nãmque pretio non numerato, sed solùm tradita possessione istiusmodi cõtractus nõ habetur irritus; sed sine quãtitate empti fides nulla est, l. empti fides, 9. C. de contr. empt. & l. 2. §. 1. ff. eod. ibi sine pretio, & sine pretio nulla vẽditio est: non autem pretij numeratio, sed conuentio perficit, sine scriptis habitam emptionem: sed post pretium conuentum pro eo in solutum de consensu contrahentium, pecora & aliud quamuis dari potest, l. pretij causa, 9. C. de resc. vend. Traditione autem facta rei venditæ dicitur contractus ex ea parte impletus. gl. hîc, in verb. contrahitur, vers. 3. quando res traditur. argumento l. si quis alienam rem, 36. ibi cogetur implere, &c. Ibi glossa ait super verbo cogetur implere venditionem, id est, rem tradere: & ideò dicitur consensu perfici; quia neque rei traditionem, neque pretij annumerationem desiderat; sufficit enim

conueniſſe inter contrahentes de re & pretio: ſed actio exempto datur vt res tradatur, & pretium ſoluatur. §. offerre, l. Iulianus, ff. de act. empt. Is enim qui ad rei traditionem agit, niſi oblato & ſoluto pretio non auditur. Quod autem conuenerit de pretio, arrhę datio probationem inducit, non quòd ſine arrha conuentio non ſubſiſtat, ſed vt euidentius conueniſſe de pretio poſſit. l. quod ſæpè, 35. ff. de contrah. empt.

De contractu autē emptionis, venditionis iure perfecto altero inuicto, nullo recedi tēpore bonā fides patitur, nec ex reſcripto noſtro: quo iure etiā fiſcum vti ſæpè conſtitutum eſt; l. 3. C. de reſcin. vend. quòd etiam locū habet, etiamſi duplum offeras pretiū emptori inuitus, námque ad reſcindendam venditionē vrgeri non debet, l. non probabilis, 6. C. eod. nihilominus ſe fundum magno comparatū pretio, minori diſtractum eſſe cōmemoras, l. ad reſcindendā, 4. C. eod. ſed ratas manere ſemper factas iure venditiones. l. ratas, 7. C. eod.

Sed ſi aliquid deficiat re integra, liberum eſt cuique à contractu recedere; veluti ſi conuenerit vt ſcriptura fieret, nec perfecta & in mundum redacta ſit, impunè contrahentibus licet ab emptione diſcedere, l. pactum quod bona fide. C. & pact. & conſ. 340. ſi modò id

actum & conuentum est vt aliter conuentio non valeat, nisi scriptura perfecta, cuius sententiæ etiam fuit Decius, l. pactum quod bona fide. C. de pact. & conf. 340.

Mais auiourd'huy par l'Ordonnance de Moulins, art. 54. tous contracts excedans cent liures doiuent estre par escript, à peine de nullité; & doiuent estre signez par les parties, par les tesmoins, soubs la mesme peine, & doit le Notaire faire mention de les auoir requis, & de leur responce.

Demeurant à la disposition du droict commun, les contracts qui consensu perficiuntur, *sans escripture, si la somme n'excede cent liures, & se pourra verifier par tesmoings la conuention.*

Que si a esté conuenu que l'escripture en soit authentique, & que les parties ayent voulu contracter par escript, donec perfecta & in mundum redacta, *signée & tabellionnée, elle est imparfaicte,* impunè ab ea vti dictum est, recedere licet. *Sur cecy la glose,* hoc loco, *met la diuersité des minutes des contracts, & des expeditions, & comment il faut proceder pour le rendre parfaict. Mais il n'est touché de la question qui se peut presenter tous les iours, par qui le prothocole, & premier* sumptum *doit estre escript: c'est à sçauoir de la main propre du Notaire,* Bald. in rubr. de fid. inst. vers. sed hîc dubitatur, & n. 23. & in l. vnic. §. non

autem

autem,versic. not.argumentum.C.de ced.toll. & Imol. in cap.fin. de off. deleg. Imola ait *au mesme lieu*,etiam impeditum per alium scribere non posse *l'expedition*,eam committere & subscribere potest: *car* hoc casu subscribens contenta & suprascripta approbare videtur,sed prothocolum scribere manu sua debet.Alex.cons.129.vers. insuper vol.1. & cons.41. vol.2. quia vol.1. de quo fusiùs cons.nostro.

Sed qui discedunt à contractu etiam imperfecto, si arrhæ solutæ sint, cùm alteruter implere recuset, emptor perdit quod dedit venditor, duplum restituit; ídque siue scriptis, siue sine scriptura venditio contracta sit; quod si arrha data sit in partem & diminutionem pretij; quia parte pretij soluta res non est integra, & agitur ex vendito vt res tradatur.l.2. vbi Salic. C. quando licèt ab empt. discr. & l. contractus. §. fin. C. de fid. Instrum.

§. *PRETIVM.*

Vti iam dictum est in emptione,pretiũ constitui debet, quia emptio sine pretio esse non potest; sed & certum esse oportet, neque eo minus certum existimabitur si res vendita sit quanti Ti-

tius æstimauerit:nam si is qui nominatus est pretium definierit,tunc & pretium solui, vt res tradi debet, & emptori ex empto, & venditori ex vendito actio datur; sed si pretium is qui nominatus est non statuerit, nullam esse venditionem, quasi nullo pretio statuto, quòd in locatione & conditione locum habet.

§. ITEM PRETIVM.

DIXIMVS supra pretium non solui in numerata pecunia, sed etiam post pretium cõuentum, aliud pro pretio de consensu partium persolui potest, alioquin confunderentur contractus emptionis & permutationis, quòd fieri non potest, cùm permutatio sit propria contractus species à venditione separata, ex qua actio in factum, aut præscriptis verbis datur, & conditio ob causam: si enim ex altera parte traditio facta sit, & alter rem tradere nolit. Non in hoc agemus vt interest nostra illam rem accepisse de qua conuenit: sed vt res contra nobis reddatur conditioni locus est, quasi re non sequuta, l.1.in fin.ff.de rer.perm. & l. naturalis,§.fin. autem,eod. lex ait, in qua actione id veniet, non vt reddas quòd acceperis: sed vt damneris quanti interest mea illud de quo conuenit accipere, vel si meum recipere velim, repetatur

tatur quòd datum eſt, quaſi ob rem datam re non ſequuta, ſi & hic contractus do vt des, dicitur qui permutationis naturam redolet, innominatus dicitur, & vterque ad naturam accedit emptionis & venditionis. Permutatio autem vicina eſt emptioni, l.2. ff. de rer. permutatione. & venditionis vicem obtinet, l.2. C. eod. & qui rem permutatam accepit, emptori ſimilis eſt, l.vlt. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. in hoc differunt, quia ſicut aliud eſt emere, aliud vendere; ita alius emptor, alius venditor, ita pretiũ aliud, aliud merx. In permutatione autẽ id diſcerni nõ poteſt, l.1. §.5. ff. de contr. empt. & l.1. in prin. ff. de rer. per. præterea venditio contrahitur ſi conuenerit de re & pretio; ſed permutatio ex re tradita data, initium obligationi præbet; quia tenetur rem facere accipientis, adeò vt ſi aliena tradatur, nulla contrahatur permutatio: l.1. ff. d. tit. hoc enim agitur vt dominium inde transferatur.

§. CVM AVTEM EMPTIO.

PERICVLVM rei venditæ vti & commodum regulariter ad emptorem pertinet, perfecta nempe venditione ſimul, atque de re & pretio conuenit. l. id quod poſt venditionem, 7. & l. neceſſario vni. ff. de peric. & commo. rei vend. & l. 1. C. eodem.

eodem. & l.cùm speciẽ eod.& l.sicut,12.C.de act. emp. & l. si soluturus, 39. ff. de solut. Lex ait post perfectam venditionem omne cõmodum & incommodum quod rei venditæ contigit ad emptorem pertinet : venditor enim ex his tantùm causis suo ordine tenetur, quæ ex præcedente tempore causam euictionis parant,& ita si ei denuntiatum est:d.l.1.C.de peric.& comm.rei vend. quòd si periculum, aut dolo, aut culpa venditoris euenerit, ad venditorem pertinet, ait Iustinianus hîc; alias exceptiones vide apud Vigellium hoc tit.earum autem rerum quæ pondere numero,aut mensura constant,non priùs perfecta venditio dicitur quàm res ponderatæ, numeratæ,aut mensuratæ fuerunt,l.quod sæpè,35.§. in his. ff. de contrah. empt.his verbis non aliter. lex ait, non aliter videatur perfecta venditio quam si admensa,adpensa, adnumeratáve sint : nám si omne vinum, vel oleum, vel frumentum, vel argentum quantumcumque esset vno pretio venerit, idem iuris est quod in cæteris rebus; nempe vt periculum perfecta venditione ad emptorem pertineat; excipiuntur etiam venditiones conditionales,si quid pendente conditione euenerit sine culpa venditoris, nisi custodiam promiserit : tunc enim si effugerit, tenetur si contra securus est, quòd in

animalibus

animalibus quæ veneunt, cæterisque rebus locum habet; venditori autem cedere actionem ad vindicationem, aut conditionem tenetur; §.seq. vbi gloss.quia ante traditionem dominus manet, sed magis est vt ad rem tradendam, & ad contractus implementum agi actione emptor possit. Quod venditio iure aut sub conditione contrahi possit,ait Iustinianus,§.sequenti.

§. *LOCA SACRA.*

QVÆ non sunt in commercio, veluti sacra, religiosa,& publica vendi non possunt,in quibus si ignorans emptor contraxit,habet actionem ad id quòd interest se non esse deceptum, quòd si vterque sciuerit, nullus est contractus; l. liberi hominis, 70. ff. de contrah. empt. vbi gloss. ibi, vbi ambo sciuerunt. valet tamen venditio si emptor ignorans emerit, l. & liberi hominis, 4. ff. eod.

Ex empto autem qui agit ad rei venditæ traditionem, pretium offerre& soluere debet: l. Iul. 13. §.offerri.ff.de act.empt.venditor enim quasi pignus retinere potest eam rem quã vendidit;quòd si re euicta egerit,non ampliùs consequitur quam numerauit propter doli exceptionem,ibid.

FORMVLA ACTIONIS EX empto, hoc est apud quos decet Iudices, & secundùm vim eorum iurisdictionis.

SVPPLIE tel, disant que tel luy a vendu vne telle piece située en tel lieu, contenant tant de sesterées, iouxte laquelle possede par quatre confins, tels & tels, pour le prix, auec toutes clauses de precaire & de constitut, & autres translatiues de proprieté & de possession; lequel prix ledit suppliant a payé, ou offre de payer; & neantmoins il refuse de vuider, & le faire iouyr de ladicte piece.

Ce consideré, vous plaise ordonner, qu'il sera appellé pour se voir condamner à faire deliurance & tradition de ladite piece audit suppliant; parce qu'il a payé; ou qu'il est prest de payer, ou consigner, auec restitution de fruicts, despens, dommages & interests.

FORMVLA ACTIONIS PRÆSCRIPTIS verbis, & in factum ex permutatione coram quibus decet.

SVPPLIE tel, comme il auroit faict eschange auec tel, par lequel le suppliant luy a baillé vne telle piece, située, & confinée comme dessus. Le sup-

pliant

pliant a satisfait de sa part; ledit tel differe de luy faire tradition de ladite piece, & partant conclud à ce qu'il soit appellé pour se voir condamner à luy faire tradition de ladite piece, pour en iouyr à la forme du contract; & à faute de ce, qu'il soit condamné aux dommages & interests du suppliant, & à luy vuider ladite piece qu'il luy a cedée, à faute de satisfaire de sa part, auec despens.

Denique si alter contrahentium non satisfecit; agit emptor ex empto, venditor ex vendito; & aduersus eum qui permutationi non satisfecit, actione in factum præscriptis verbis.

DE LOCATIONE ET
conductione.

Emptionem & venditionem sequitur locatio & conductio, quæ ex his est quæ consensu perficiuntur, & proxima emptioni & venditioni: iis denique iuris regulis consistit, & simul atque de re quæ à locatore traditur, & de mercede quæ à conductore pro vsu rei annuatim præstatur conuenit: perfecta locatio est, ex qua conductori

actio ad rem, & locatori ad mercedem præstandam datur exemplo emptoris & venditoris, adeò vt nonnulli locatorem eum esse dicant, qui mercedem accipit, conductorem qui dat: & idcircò dominum ædium locatorem esse, inquilinum conductorem, huic ex locato, illi ex conducto actionem dari, Cuiac. lib. 2. obser. cap. 28. quamuis plerisque speciebus ea definitio non conueniat, quas idem Cuiacius notat, manet tamen prior regula generalis, & ad omnes propè locationis formas conueniens. Locator námque is est qui pro rei vsu mercedem accipit, conductor qui rem vtendam accipit, & mercedem dat.

Locati autem actio datur, si conductor non omnia quæ conuenerunt secundùm legem conuentionis faciat, vel si quid prætermissum est, non ex bono & æquo præstet. l. si & meus, 25. §. conductor. ff. locati: & l. legem, 16. & l. circa, 19. C. de locat. & §. conductor, infrà, hoc tit. 1.

Pretium autem vti in emptione, ita & in locatione definiri potest quanti Titius æstimauerit, secuta eius æstimatione. l. si merces, 1. responso, d. tit.

Sed si nulla mercede constituta sarcienda vestimenta dederit, tantùm daturus quantum inter eos opere facto conuenerit, non ex locato, sed

præscriptis

præscriptis verbis agitur. l. si tibi soluenda, 22. in fin. ff. de præscript. verb.

Conducti quoque actio datur ex his quæ conuenerunt, aut quæ postea emergunt perfecta aut finita locatione, de quibus exempla varia. ff. & C. hoc tit.

§. PRÆTEREA.

Locatio sine mercede, eáque certa esse non potest, l. si vir vxori, 52. in pr. ff. de don. int. vir. & vxor. ibi quia locatio, ídque in pecunia, nisi merces in pecuniæ quantitate consistat, gl. in l. naturalis. §. at cùm do. in verbo res; ibi quod locationis est. l. 11. §. si quis seruum ibi ei, quia vbi gloss. ei, quia pecunia non dabatur, præscriptis verbis datur actio.

Itaque verè locatio dicitur quando merè statuitur incerta pecuniæ quantitate, si verò fundus conductus est pro certa portione fructuum, dicitur colonus partiarius, & quodammodo socius. Quòd si ad certam frumenti quantitatẽ contractus innominatus est, ex quo actio præscriptis verbis datur, Ang. inst. h. tit. in prin. gl. hoc §. Angelus ait, aduertendum ne in libello agatur locati; sed proposito quòd fundum tradidit vten-

dum pro certa quantitate frumenti, actione præscriptis verbis damnetur promissam soluere quantitatem.

Constat etiam non esse locationem fundo vtrimque dato; quia merx non interuenit, non esse etiam permutationem, quia dominia non transferuntur. Est igitur contractus innominatus, ex quo præscriptis verbis datur actio, Ang. d. §.

Idem dicendum si cùm vnum bouem quis haberet, & vicinus eius vnum, placuerit inter eos, vt per denos dies inuicem boues commodarent vt opus facerent, & apud alterum bos periit, neque locati, neque conducti, neque commodati competit actio; quia non fuit gratuitum commodatum, verùm præscriptis verbis agendum est; nam cùm deficiunt vulgaria atque vsitata actionum nomina, præscriptis verbis agendum est. l. 2. de præscrip. & in fact. act. ff.

§. ADEO AVTEM.

Hoc §. de contractu emphyteutico agitur, qui locatio perpetua dicitur, cùm à domino prædia perpetuo alicui fruenda traduntur sub præstatione annui census, aut reditus; ita vt ab eo

auferri

auferri hæredi eius; aut singulari successori non possit; si modò contra legem conuentionis, aut in personas prohibitas alienatio facta non sit; in quibusdam consensus domini desideratur, qui alienationē laudare & approbare debet, & ea de causa laudimium debetur quòd iure est quinquagesima pretij, nisi ex lege conuentionis aliud statutum sit, aut ex consuetudine loci, l. fin. C. de iur. emphy. prælationis iure, saluo domino si sibi habere velit eodem pretio, qui munitus intra duos menses profiteatur se aut velle, aut nolle, quibus elapsis liberum est emphiteotæ vendere & alienare: sed dominus ius suum alteri cedere non potest, Guid. Pap. q. 411. nec post laudimia probata & electa locum habet: sed hodie emphiteota, etiam irrequisito domino alienare potest; saluo tamen ipsi domino iure prælationis & laudimiorum, quid. p. q. 101. in priore add. & Ranch. & ad q. 46. quia hæc sunt reducta ad instar patrimoniorum.

Non tamen ex omni contractu alienationis laudimia debētur, primùm ex ficta traditione, nisi sequuta reali traditione; h. p. d. dec. n. 7. secundò, non debentur ex remissione quæ fit inter socios. id. dec. 48. Tertiò, ex donatione & permutatione ex vsu & consuetudine, media laudimia debentur:

tur: dec. 48. & 92. de iure tamen ex mera donatione debentur: Alex. in l. si domus. §. fin. 20. l. pen. vers. est igitur, ff. de leg. 1. Ias. in l. fin. vers. quæram. C. de iur. emphy. Aufrer. ad cap. Thol. 278. de legato autem aut re, inæstimata in dotem data non debentur; quartò, de transactione non debentur si possessor rei controuersæ maneat in possessione, Chass. tit. *des fiefs* §. 8. vers. an vassallus. Bertr. cons. 331. vol. 1. part. 1. Non debentur nisi ex contractu dominium transferatur, debentur ex conditione & retractu secundùm consuetudinem. Quintò, ex contractu nullo non debentur, Chassaneus dicit, si venditio declaretur ex causa de præterito, laudimia nulla debentur, Chass. *au tit. des retraicts. §. quand l'heritiere ou fille.* vers. si quis. & luta repetuntur. Ioan. Fab. in l. 2. C. quand. lic. ab em. dis. in l. ab empt. ff. de pac. Alber. post Guil. Decium aiũt, ex cõtractu nullo aut resoluto, de consensu partium laudimia non debentur. Ias. in l. 3. n. 31. C. de iur. emphy. Hoc autem titulo emphyteosis dominium directum probatur, sed si deficiat, tunc recurrendum est ad confessiones, & recognitiones feudi huius, quæ in vsu forensi frequẽtissimas pariunt lites; quia constat vnica confessione, aut recognitione dominium non probari, nisi appareat confitentem & recognoscentem

tempore

[illegible]
[illegible]
tamen conf.147.n.1. ibi maxime quia per [illegible]
ſum,&c. l. ſing. 876. in fin. ibi ſed aduerte. Hoc
verum ſi à domino rei fiat, & conſtet eum fuiſſe
dominum tempore recognitionis: dec.315.n.2.ibi
probat ergo. Probat ergo quòd ex ſola confeſſio-
ne homagij non poteſt prætendi homagium, niſi
talis confeſſio aliis argumentis incrementum ha-
buerit, vtpote per homagij præſtationem, aut per
ſolutionem glebæ & talliæ, Greg.lib.2.part.1.Syn-
tag. c.3. n.5. ibi proinde ſola cognitio. & multò
minus ſi non ſequatur vſus, id eſt, ſolutio cenſus,
H.Bened.in c.Raynutius, in verbo vxorem.§.ſuc-
ceſſio ab inteſtato, n.1012.ibi & pręmiſſa rés intel-
ligas videlicet.quod ſimplex recognitio, ſi ſolutio
cenſus ſecuta fuerit, probat dominium directum
pro eo cui recognitio facta fuit contra emphi-
teotam qui rem recognouit, vbi author ait vim
faciendam eſſe, in verbo *recognoiſſance*, quia præ
ſe fert geminatam agnitionem dominij, cùm vni-
ca, ſine ſolutione non ſufficeret, nec vna quidem
ad aliam relata, ſi de præcedenti non conſtet à
qua vim capit, Bald. in auth. ſi quis in aliquem
n. 7. C. de edendo. & quæ ad eundem notantur,
vtraque ſcriptura eſt edenda; nam hæc gemina-

tio inducit obligationem etiam in seruitute adscriptitia. Bart.in l.cùm scimus.n.1.in fin.ibi nam hoc est verum, & n.7. ibi actus enim geminatus. C.de agri & censit.

Et parce que ceste action est fort frequente par deuant toûs Iuges, il faut noter, que le seigneur qui veut agir à fin de recognoissance, à cause de son fief, & à payement de lods, cense & arrerages d'icelle, doit comme en action reelle deduire son tiltre, sçauoir l'emphitheose, s'il en est saisy, ou la recognoissance & recognoissances qui s'en seroyent ensuyuies, & deduire que les recognoissans du temps d'icelles tenoyent la piece. Que ladite piece est tenuë par vn tel, conclurre qu'il soit tenu à recognoistre, payer les lods, la cense, & arrerages d'icelle pour 29. ans: car la quarantiesme est prescripte, dira que la piece recogneuë en telle recognoissance, & celle que tient ledit tel est mesme piece. Car soit que vna tantùm producatur probata solutione, aut quòd recognoscens tempore recognitionis esset dominus, siue duæ exhibeantur, necesse tamen est vt de corpore constet, nempè de idẽtitate fundi controuersi, super quo dominium & census exigitur. *Ce qui ne se peut prouuer que par ceux qui ont cognoissance des anciens & modernes confins.* Crauet.consl.57.n.7.lib.1.

Et quand les confins sont changez, sic concipi libellus

bellus debet fundus, qui positus intra tales confines est fundus qui est eo die intra tales, & quòd est idem fundus & talis possessor. Felin. in c. cùm causam, n. 12. vers. tertio scias. ex. de probat.

Is enim qui agit actione reali, rem ad oculum demonstrare debet, c. significantibus, ex. de lib. obl. Bart. in l. 1. in prin. ff. de eden. Ioann. Petr. de Ferrar. in prin. lib. in act. reali, gloss. 7. n. 4. *& ce à la forme de la loy*, l. forma censuali. ff. & censib. nempe vt agri sic in censum referantur nomen fundi cuiusque, & in qua ciuitate, & in quo pago sit, & quos duos proximos vicinos habeat. Quòd si plures sint adiecti quorum quidam conueniant, quidam non presumitur identitas, Alex. cons. 73. lib. 3. quamuis ex communi opinione sufficiant duo, Alex. & Felin. in d. c. cùm causam. & Bart. in l. demonstratio. n. 14. ff. de cond. & dem.

Et hæc actio datur contra tertios possessores; quia ad eos res transit cum suo onere, quia sine censu & reliquis, fundus comparari non potuit. tit. C. sine censu. & reliquis. Guid. Pap. q. 42.

Solutio census *ne peut estre demandée que d 29. ans, les prelations, & lods sont prescripts par trente*, Ferr. ad decis. G. Pap. 411. in fin. ex Mol. ibi relato ad consue. prælationis. *& le commis.*

Sed iure prælationis non vtitur Princeps, nec

Ecclesia pro rebus emphyteuticariis, Guid. Pap. q.412. secundùm nouam obseruationem, Ferr. ad decis. G. Pap. 47. maximè pro rebus quæ in perpetuum emphyteosim datæ sunt. Mol. ad Cons. Paris. tit. 2. *des censes*. §. 82. n. 12. *Le Ranchin* ait, principem & Ecclesiam de consuetudine non vti iure prælationis, ad decis. Guid. Pap. 411. in fin. Guillelmus Benedicti ait, de consuetudine sanari, Principem vti non posse retentione iure prelationis, nisi Rex pro Regni vtilitate vti velit. ad cap. Raynutius in verb. vxorem, &c. n. 857. in fin. & 858. Ius autem prælationis non habet locum in donatione, aut permutatione, aut in venditione in qua plures & diuersæ res, & diuersæ emphyteoses diuersorum dominorum venduntur.

Sed cùm quid emphiteuta ius emphyteuticum præscribere possit, & respondi spatio centum annorum, præscribi si per centum annos constet censum non esse exactum: tunc enim omne ius sublatum esse censetur, G. Pap. decis. 406. Boër. decis. 336. præscriptio námque centenaria nunquam excepta videri potest, Mol. ad cons. Paris. tit. *des fiefs*. §. 12. n. 14. *const. d'Orleans*, art. 80. tit. *des main-mortes*. Bald. in tract. de præscript. fol. 63. nunquam præsumitur exceptio centenaria, nisi in his quæ in signum vniuersalis, & supremi dominij

minij recognoſcuntur.Bart.in l.ſicut,& l.competit.C.de præſc.30.vel 40.ann.

Sed in hoc differt locatio ab emphiteoſi, quòd in locatione conductor agit ad remiſſionem mercedis propter ſterilitatem, niſi cum vbertate alterius anni ſterilitas vnius compenſari poſſit; ſed in emphiteoſi niſi res pereat tota, non liberatur amphiteota, de quibus fusè Ferrerius, ad deciſ. Guid. Pap. 171. & hîc Imperator non fieri remiſſionem ait emphiteutæ.

§. *ITEM QVÆRITVR.*

Si quis ſtipuletur ab aurifice annulos auri confectos, aurificis certo pretio venditionem eſſe, ſi autē auro ſtipulantis eius locatio & conditio eſt.

§. *CONDVCTOR.*

Conductor omnia ſecundùm legem conductionis facere debet, & ſi quid in lege prætermiſſum fuerit ex bono, & æquo præſtare debet, vti ſupradictum eſt.

§. *QVI PRO VSV.*

Hic notandum conductorem in re conducta talem cuſtodiam adhibere debere, qualem rebus

ſuis diligentiſſimus paterfamilias adhibere poteſt; nec de caſu fortuito tenetur, nec de damno quod præuideri non poterat; de actionibus & exceptionibus locatori & conductori competentibus, vide Vigell. h. tit. in meth. Iur. ciu. lib. 19.

§. MORTVO.

HÆC actio conducti & locati hæredibus, & in hæredes datur, ſiue perpetua, ſiue temporalis ſit locatio: l. viam. C. hoc tit. ſed quæro an contractus emphiteuticus ſcripturam deſideret, textus videtur notare ſcripturam deſiderari; ſed Gloſſ. & Bart. ibid. ex conſuetudine aiunt etiam ſine ſcriptis valere: hodie autem ex conſtitutione Regia, ſi res excedit valorem centum librarum, ſcriptura deſideratur vt valeat, & actionem pariat.

DE SOCIETATE.

SOCIETAS eſt ſpecies contractus, qui conſenſu contrahitur, l. qui admittitur, 19. ff. pro ſocio. ibi. nam enim ſocietas. & dicitur ex Marco Tullio, duorum pluriúmve conuentio honeſtè contracta ad vberiorem quæ-

ſtum

ſtum & commodiorem vſum ex Accurſ.eod. in princ.

Societatem coïri re,verbis,& per nuntium poſſe non eſt dubium,l.4.ff.eod.re, nempe & verbis, id eſt,conſenſu interueniente.

Et ſocietas quoddam ius fraternitatis in ſe habet, l.verùm,63. in prin. ff. eod. vt ne vltra quam facere poſſint ſocij ad inuicem damnentur , d. l. verùm. & ſocij ait Cic. act.5. in Verrem , putandi ſunt quos inter res eſt communicata , videlicet animo cõtrahendę ſocietatis,cuius hoc proprium eſt , vt iure fraternitatis lucra & damna periculáque inter eos communicentur. l.cum duobus,52. §.damna.2.ff.h.tit.

Alia autem vniuerſalis eſt , nempè omnium bonorum,l.1.in fin.& l.ſeq.ff.h.tit.& in hac ſocietate continuò omnes res quæ coëunde ſunt communicantur , & tacita creditur interueniſſe traditio. l.2.eod.

Et cùm ſpecialiter omnium bonorum ſocietas coïta eſt , tunc & hæreditas , & legatum , & quòd donatum eſt , aut quaque ratione acquiſitum communioni acquiretur. l.3. §. 1. eod. & l.ſi ſocietatem,73.eod.

Quod ſi non ſpecialiter omnium bonorum,ſed ſimpliciter inita ſit non expreſsè dicendo quòd ſit

l. si non fuerint, 29. §. Aristo. §. eodem.

Quòd si non fuerint partes societatis adiectæ æquas esse, constat veluti si cōuenerint ad vnum, duæ partes & lucri & damni pertineant ad alium, tertia, vti hîc ait Imperator, d.l.29. & in lucro & in damno: expressis autem partibus hæ obseruari debent, si verò placuerit vt quis duas partes vel tres habeat, alius vnam, an valeat, placet valere; si modò quis plus contulerit societati, vel pecuniæ, vel operæ, vel cuiusq̃ue alterius rei causa. Constat enim societatem rectè contrahi, vt vnus operam, alter pecuniam conferat. l.1.C. pro socio. Ita coïri societatem posse, vt nullius partē damni alter sentiat, lucrum verò commune sit, quod ita damnum valebit si tanti sit opera, quanti damnum est: plerumque enim tanta est industria socij, vt plus societati conferat quàm pecunia, veluti si solus nauiget, si solus peregrinetur, & pericula subeat solus; d.l.29. in prin. Lucrum autē intelligitur omni dāno deducto, l. Mutius 30. ff. eod.

§. DE ILLA SANE *conuentione.*

Adversus Quintum Mutium præualuit Seruij Sulpitij sententia, vt eā conueutio valeat

ſi pactum ſit vt ad Titium lucri duæ partes pertineant, damni tertia, ad Seium duæ partes damni, lucri tertia; quia ſæpè quorundam ita pretioſa eſt opera in ſocietate, vt eos iuſtum ſit conditione meliori in ſocietatem admitti; quia vti dictum eſt, ita coïri ſocietas poteſt, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos annuum ſit; quia ſæpè opera alicuius pro pecunia valet, vnde & illud poſſe conuenire, vt qui lucri partem ferat, de damno non teneatur. Quòd ita tamen intelligi debet, vt ſi in alia re lucrum, in alia damnum illatum ſit, compenſatione facta, ſolùm quòd ſupereſt intelligatur lucro eſſe, & actione pro ſocio diuidendum portionibus, de quibus lege ſocietatis conuenit. Et quamuis in ſocietate contrahenda fiat tantùm mentio partis lucri, non damni, aut etiam damni, non lucri, in eo quòd prætermiſſum eſt eandem partem ſeruari iudicio ſocietatis. §. illud expeditum, hoc tit.

§. *MANET AVTEM SOCIETAS, & §. ſoluitur.*

SOCIETATEM conſenſu contrahi, contrario conſenſu diſtrahi co[illegible]; ſed etiam ſi alter ex

ſociis

ſociis ſocietati non callidè; ſed congruis loco & tempore, nec non intempeſtiuè renuntiauerit, diſſolui quoque certum eſt, & quicquid poſt renuntiationem acquirit, non ſocietati, ſed ſibi ſoli acquirit. Morte etiam ſocietas ſocij ſoluitur, etiamſi plures fuerint, niſi in coëunda ſocietate alter conuenerit.

Vti etiam ſi vnius negotij inita ſocietas ſit, finito negotio finitur ſocietas: item & publicatione bonorum, & ceſſione, cùm ſocius lapſus ſit facultatibus: ſed hoc caſu, conſentiente altero ex ſociis, noua videtur incipere ſocietas.

Sunt alij plerique modi, ff. & C. quibus finiri ſocietas poteſt per ſe, aut per procuratorem.

§. SOCIVS.

SOCIVS ſocio actione de dolo & culpa teneri, culpam autem non ad exactiſſimam diligentiam dirigendam; ſufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere ſocium qualem rebus ſuis adhibere ſolet: nam qui parum diligentem ſibi aſſumit, eſt quòd ſibi imputet, & actione pro ſocio, & lucra, & damna communicanda, & diuidenda pro ea parte pro qua ſocietas contracta eſt.

Itaque actio pro socio proponitur diuidendarum rerum societas,& vt rationes ineantur gestorum pendente societate, quæ singula ferè ff. & C. eliciuntur.

DE MANDATO.

MANDATVM, obligatio est quæ consensu perficitur, 12. suprà de oblig. quæ ex consensu. Porrò mandatum est conuentio quæ roganti fides datur procurandi aliquid, sine mercede, & directa actio domino negotij datur contraria procuratori. l. Cuiac.ad tit.mand. Mandatum námque nisi gratuitum nullum est:nam originem ex officio & amicitia trahit ; contrarium autem est officio merces : Interueniente enim pecunia res ad locationem & conductionem potiùs respicit : nam mercede constituta incipit locutio & conductio esse, §. fin. h. tit. ibi nunc mercede.quòd etiam in deposito locum habet.

Et suscipi mandatum potest per nuntium per epistolam,& apud acta magistratus. in l.Paul.lib. 1.sent.tit.de procur. *Et c'est ce qu'on practique ; car la partie constituante peut aller au Greffe declarer au registre,*

registre, qu'il faict tel son Procureur en telle cause, & tousiours faut qu'il soit par escrit, si la chose de laquelle le mandat est donné excede cent liures: sed non videtur contractum mandatum, nisi is cui mandatum est susceperit: l. si mandauero, 22. §. sicut. ff. mand. & in fin. §. mandatum. Susceptum autem consumendum est, aut quamprimum renuntiandum, vt per semetipsum, aut per alium eandem rem mandator exequatur: nam si ita renuntietur, vt integra causa mandatori reseruetur eandem rem explicandi, nihilominus mandati actio locum habet, nisi iusta causa intercesserit, aut non renuntiandi, aut intempestiuè renuntiandi. d. §. sicut. & §. mandatum. & tit. ff. 23. 24. & 25.

Mandatum autem contrahitur, siue mea tantùm gratia tibi mandem, siue aliena tantùm, siue mea & aliena, siue mea & tua, siue tua & aliena: si enim tua tantùm gratia mandem, superuacuum est mandatum, nec ex eo nascitur obligatio. l. 2. ff. eod. Huius enim generis mandatum magis consilium est quàm mandatum, & ob id non dicitur obligatorium; quia nemo ex consilio obligatur, etiamsi non expediat ei cui dabatur; quia liberum est cuique apud se explorare an expediat sibi consilium: si tamen mandaueris vt Titio pecuniam crederet, mandati teneris, cùm aliter non

crediturus quàm si sibi mandatum esset, §. tua, hoc tit. exempla aliorum generum & specierum mandati describuntur hîc & l.2.ff.

Sed mandatum rei turpis, & contra bonos mores non est obligatorium, nec vllam aduersùs mandantem actionem parit, licèt qui commisit pœnam delicti passus sit. §. illud quoque, hoc tit.

Mandati fines diligenter custodiendi, alioqui excedenti, quatenus excessit mandati actio denegatur, nisi ei cui cùm mandatum esset vt fundum vsque ad centum aureos emeret: si enim minoris emerit, actio datur: mandasse enim intelligitur vt minoris si possit emeretur. §. is qui exequitur, in fin. hoc tit.

Sunt res quædam in quibus generale mandatum non sufficit, sed ad actum speciale desideratur, veluti in Procuratore, cui actionem causæ negotiáve non decisionem litis mandasti, l. transactionis. C. de transact. nec etiam liberare, nec donare citra mandatum. l.3. vbi gloss. ff. de acceptil.

Et qui vendendi causa constitutus est, non potest domino prohibente rem tradere antequam pretium soluatur. l.1. in prin. ff. de except. rei vend.

Non potest etiã Procurator, nisi speciali mandato munitus sit, negotium arbitris committere, c. per tuas. de arbitriis. nec iuramentum finiendæ litis

litis deferre, nisi omnium bonorum administrationem gerat, aut id ipsum nominatim mandatum sit. l.iusiurandum,17.§.vlt.ff.de iureiur.Idem in aduenda hæreditate,& in suscipienda exactione, nec aliquid dicere quo alienam famam insectari videatur,nec etiam accusare, aut suspectum dicere,nisi mandato speciali munitus.

Nec potest presumi mandatum nisi de eo constet,nec quidem per mille annos, vt ait Boër. decis. 274.num.5. quamuis ex quibusdam causis ex diuturnitate temporis præsumatur, maximè in his quæ sine mandato fieri non solent, veluti si quis soluat procuratorio nomine,præsumitur habere mandatum cùm nemo præsumatur iactare suum. Socin.cons.46.lib.3.

§. RECTE QVOQVE.

MANDATVM finitur & reuocatur pœnitentia,l.si quis alicui, 27. §.1. & l. si verò,12.§. si mandauero. ff. mandati. ibi quia extinctum. quia extinctum est mandatum finita voluntate, & re integra rectè reuocatur, & morte mandantis, aut mandatorij,nisi iusta ignorantia mandatum exequatur. Mandatarius aut soluendo, aut aliud in vim mandati agendo,ne iusta & probabilis ignorantia

rantia damnum afferat; fruitur etiam die aut conditione adueniente, si in diem aut sub conditione constitutum est.

Hoc iure vtimur, vt qui Procuratorem litis reuocat, alium dare debeat, alias frustra reuocatur. Ioa. Imb. lib. 1. Inst. for. c. 30.

Ex mandato actiones dantur directa mandati, & contraria mandatarij.

Directa ob non impletum mandatum, aut si dolo & mala fide mandatarius versatus sit, & si fines mandati non sint diligenter custoditi, & ad reum restitutionem & cessionem actionis ad rem quam ex mandato quæsiuit.

Contraria autem datur mandatario ad repetitionem eorum quæ in re mandata impendit, & si quid ei ex lege mandati debeatur.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ & quasi contractu nascuntur.

OBLIGATIONES quæ ex quasi contractu propriè non nascuntur; quia tamen ex maleficio substantiam non capiunt, quasi ex contractu nasci videntur.

Harum sex species enumerantur; prima, negotiorum

tiorum gestorum; secunda, tutelæ actio; tertia, communi diuidundo; quarta, familiæ herciscundæ; quinta, in hærede qui legatariis ex quasi contractu tenetur; sexta, est conditio indebiti. l. 1. & 5. ff. de act. & oblig.

Is qui sine mandato aliena negotia gessit, vltro, citroque inter eos nascuntur actiones, quæ appellantur negotiorum gestorum, l. 2. & 3. ff. neg. gest. sed domino aduersus eum qui gessit directa datur, negotiorum autem gestori contraria; qua etiam ignorantet, quorum negotia geruntur, obligantur. Quòd vtilitatis causa receptum est, ne negotia eorum desererentur, quæ nemo curaturus esset, si in eo quod impensum esset nullam haberet actionem.

Actio autem hæc in personam non in rem est. l. negotij, 23. C. neg. gest.

Æquum enim est eum qui aliena negotia gessit actus sui rationem reddere, & eo nomine condemnari quidquid vel vt non oportuit gessit, vel ex his negotiis retinet. l. 2. ff. hoc tit. & neg. gest.

Quemadmodum & ex diuerso iustum est si vtiliter gessit præstari, & quicquid eo nomine vel abest ei, vel absuturum est. d. l. 2.

Qui aliena negotia gerit, & bonam fidem, & exactissimam diligentiam rebus eius peræquè

interuenit, præſtare debet: Paul.recep.ſenten.lib. 1.tit.4. ſed & dolum, & omnem culpam præſtat, l.tutori,20.ff.de neg.geſt. ibi tutor. tutor & curator non conſtitutus, qui vltro adminiſtrauit dolum, latam & leuem culpam præſtare tenetur, & reſtituere cum vſuris quæ ab his deberi conſtiterit, quandoque etiam caſum præſtare tenetur. l. ſi negotia abſentis,11.ff.eod.

Nec ſatis eſt eandem adhibere diligentiam qualem ſuis rebus adhibere ſolet, ſi modo alius diligentior eo commodiùs adminiſtraturus eſſet negotia, & de geſtis, & de gerendis tenetur. l. ſi pupilli tui.§.videamus,ff.d.tit.

§. *TVTORES.*

TVTORES etiam ex quaſi contractu pupillis obligantur, vti ex contrario iudicio pupilli tutoribus tenentur, ſi aliquid in rem pupilli impenſum ſit, aut pro pupillo, obligati ſint. l.ſi quis abſentis,5.§.tutelæ,ff.de act.& oblig.

§. *ITEM SI INTER ALIQVOS, & §. hæres quoque.*

IVDICIO communi diuidundo, & familiæ herciſcundæ, ex quaſi contractu alter alteri cum quo

quo res communis eſt tenetur, hæres quoque ex quaſi contractu legatariis tenetur, & ſi nihil cum eo geſtum ſit; d. l. 5. §. hæres quoque. quia cùm neque ex contractu, neque ex maleficio ex quaſi contractu tenentur.

§. *ITEM IS QVI per errorem.*

De indebito per errorem ſolutò datur condictio ex quaſi contractu ac ſi mutuum daretur, & id ipſum reſtituendum eſt, aut tantundem: l. quod indebitum. 7. ff. de cond. ind. ſed vſuræ pecuniæ indebitæ ſolutæ non veniunt in condictionem, l. 1. in fin. C. de cond. ind. niſi mora in reſtituendo commiſſa ſit, tunc enim à die moræ debetur vti ex cæteris contractibus.

PER QVAS PERSONAS NOBIS acquiritur obligatio.

De his ſupra dictum eſt in tit. 9. lib. 2. per quas perſonas cuique acquiritur.

QVIBVS MODIS TOLLITVR obligatio.

TOLLITVR omnis obligatio solutione eius quod debetur, etiamsi consentiente creditore aliud pro alio soluatur, nec interest quis soluat, vt cùm ipse qui debet, aut alius pro eo: liberatur enim, & alio soluente, siue sciente, siue ignorante debitore, vel inuito eo solutio fiat. l. soluendo, 39. ff. de neg. gest. & l. soluere, 53. ff. de solut.

Item & si rem soluerit, etiam hi qui pro eo interuenerunt liberantur, ita etiam si fideiussor soluerit, non etiam ipse solus liberatur, sed etiam reus.

Creditor tamen qui suum accepit, actiones soluentis fideiussori cedere debet; quia videtur soluendo eas emisse; l. cùm is, 36. ff. de fideiuss. & mand. quòd si alter ex fideiussoribus solidum soluerit, ab altero repetere non potest, nisi cessæ sint actiones quas petere potest vt cedantur tam à fisco quàm à priuato: l. cùm alter ei. C. de fideiuss. sed post solutioné inutilis est cessio, cùm solutione actio extincta sit. l. Modestinus, 76. ff. de solut.

Sed

Sed in cedendo actiones euicto prædio vendito iure creditoris, si ab emptore solutionem debiti consequutus est, de euictione teneatur, & certum est non teneri; sed se debet præstare creditorē & potiorem, l.1. vbi glos. C. cred. euict. pig. non deb. Creditorem autem pignus vendentem, re euicta cogi quam habet actionem contra debitorem cedere, idque sine dispendio creditoris. l. in creditore, 38. ff. de euict.

Sed si iussu iudicis pignus captam officio distrahatur, post euincatur, exempto contra eum qui pretio liberatus est, dari actionem de pretio duntaxat. l. si plus, 74. §. si iussu. ff. de euict. Creditore autem vendente iure creditoris, si modò dolus abest, nec quidem re euicta ad pretij restitutionem tenetur. l. ex empto, 11. §. sententiam. ff. de act. empt.

§. *ITEM PER ACCEptilationem.*

ACCEPTILATIO est liberatio per mutuam interrogationem; quia vtriusque contingit ab eodem nexu absolutio accepta, facis decem, & ille respondit facio. l.1. ff. de acceptil. l. sanè, 7. eod. ibi accepta, &c.

Differentia inter acceptilationem & apocham proponitur in iure, in l. si acceptilatum, 14. §. fin. ff. de acceptilat. & etiam de apocha & antapocha. l. plures, 18. vbi gloss. C. de fid. instrum. Apocha est scriptura confessionis solutionis, quæ à creditore debitori traditur. Antapocha est scriptura quam debitor creditori tradit, qua confitetur se ex causa aliqua soluisse ipsi creditori. *Et ceste-cy qui profiteroit grandement aux Seigneurs directs, quand ils feroyent mettre par quittance publique le payement des censes que les emphiteotes leur payent tous les ans, ou de temps en temps pour telle & telle piece, car cela seruiroit de nouuelle recognoissance.*

§. PRÆTEREA NOVATIONE.

NOVATIO est prioris debiti in aliam obligationem ciuilem, vel naturalem transfusio, atque translatio; hoc est cùm ex præcedenti causa ita noua constituatur vt prior perimatur, l. 1. ff. de nouat. dummodo hoc agatur vt nouetur, quia si non hoc agatur duæ erunt obligationes, l. omnes res, 2. ff. eod.

Veteris quidem iuris conditores introducebant nouationes ex mutatione personarum, aut rerum,

rerum, & si qua persona adiecta, aut in quantitate augenda mutuanda, aut minuenda, aut conditio aut tempus adiectum sit: sed Imperator, l. fin. C. de nouat. sua constitutione definiuit voluntate solùm esse non lege nouandum, id est, expressè nouandum, non ex coniecturis & interpretatione, cuius formula hîc proponitur, ibi quoties hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit, quod propter nouationem prioris obligationis conuenerunt. Alioqui ei manere pristinam obligationem & secundam, & accedere vt maneat ex vtraque causa obligatio, secundùm nostræ constitutionis definitionem.

§. HOC AMPLIVS.

CONTRACTVS qui consensu contrahuntur, contrario consensu & voluntate dissoluuntur; sicut enim initio libera potestas est vnicuique habendi, vel non habendi contractus, ita renuntiare semel constitutæ obligationi aduersario non consentiente nemo potest. l. sicut initio, 5. C. de oblig. & act.

Quòd si contractus hinc inde perfectus in totum, aut pro parte sit, nempe si in venditione res tradita, & pretium solutum contrario consensu, & contraria, & reciproca traditione, & restitutione

tione, opus est vt vnumquodque eo modo dissoluatur quo constitutum est, l. 1. C. quand. lic. ab empt. disc. & hoc casu nouæ quædam obligationes constituuntur. l. ab emptione, 58. in fin. ff. de act. l. in his. ff. de reg. iur. *Et en ce cas i'estime que les seigneurs directs auroyent lods & du premier & du second contract.*

INSTITV.

INSTITVTIONES D. IVSTIN. IMPER. AD VSVM FORENSEM ACCOMMODATÆ.

LIBRI QVARTI TITVLVS PRIMVS.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ ex delicto nascuntur.

OBLIGATIONES huiusmodi ex re nascuntur, nempè ex maleficio, veluti ex furto, rapina, damno & iniuria. hîc & l. maleficio, 4. ff. de oblig. & act. Furtum autem hîc, & in l. 1. ff. de furt. diffinitur contrectatio fraudulosa lucri fruendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius, possessionísve, quod lege naturali prohibitum est admittere, & glossa

hîc ait supplendum inuito domino: nam eo volente non potest committi furtum, §. placuit, infrà, hoc tit. supplet etiam glossa rei alienæ; quia rei suæ furtum non committitur nisi in specie, §. aliquando, infrà, hoc tit. veluti si debitor rem pignori datam creditori subtraxerit. Furtum rei mobilis & corporalis est, non etiam rei incorporalis, aut immobilis, gloss. hîc in verbo rei. Et breuiter definitur furtum infrà, cùm quia rem alienam inuito domino contrectat, furtum committere dicitur. §. furtum autem, infrà, h. tit.

Furtorum genera duo manifesti, nec manifesti. Manifestus fur dicitur qui in eo loco deprehenditur. In quo furtum est commissum, vel alibi cum ipso furto, antequam eo peruenerit, in quo deferre vel deponere destinasset: nam postquam deposuit, & si deprehensus cum furto sit, non dicitur manifestus, h. tit. furtorum.

Manifesti pœna est in quadruplum, non manifesti in duplum, §. conceptum. vers. pœna, h. tit.

Ex furto actio furti & conditio furtiua aduersus furem datur, & vendicatio aduersus possessores rei furtiuæ detentores.

Vti etiam hinc nascitur actio concepti & oblati prohibiti, & non exhibiti furti; sed hæ in desuetudinem abierunt: & hi omnes qui scienter

rem

rem furtiuam susceperunt & celauerunt, furti nec manifesti pœna obnoxij sunt, l.si pro fure.§. furti. ff.de cond.furtiua.& l.ancillæ, 12.ibi vel aduersus. C.de furt.

Tenentur actione furti hi, quorum ope & consilio furtum factum est. Hi quoque qui oues aut boues fugauerint vt alius raperet, quòd veteres animaduerterunt in eo qui panno rubro fugant armentum.§.interdum,h.tit. Sed si per lasciuiam & stultitiam factum est, non data opera vt furtum admitteretur, datur actio in furtum.

Is quoque qui re cõmodata aliter vtitur quam vtendam acceperit, furtum committit si intelligat dominum id non esse permissurum. §.placuit.

Quòd si res quæ commodata fuit, aut apud fullonem deposita qui custodiam præstare debuit sit subrepta; habet dominus actionem aduersus eos qui non li erãtur, nisi dominus sciens rem subreptam aduersus furem egerit, quia tunc liberantur, vti etiam fur liberatur si egerit aduersus commodatarium, aut fullonem. §.item fullo, & §. seq.h.tit.

Impuberem non teneri, nisi proximus pubertati intelligat se delinquere, quia doli capacitas supplet ætatem.§.in summa, eodem.

Quòd diximus actionem furti, siue dupli, siue

quadrupli dati ad pœnam contra furem, condictio & vindicatio datur, & contra furem possidentem, & alios quoscunque detentores, §. fin. h. tit. & in hæredes. & hæredibus ad quos aliquid vt furtiuè peruenit.

In quadrupli autem æstimatione non id quod actoris interest venit, sed rei verum pretium: l. 1. in furti actione. & in princ. ff. de furt.

Æstimatio autem facienda erit tempore quo furtum factum est, aut quo res plurimi fuit, d. l. in furti. l. æstimatio inficiendo, 69. §. infans. ibi quanti, &c. ff. de furt. quanti vnquam apud eum plurimi fuit.

DE VI BONORVM raptorum.

HOc edictum est Prætoris, qui contra ea quæ vi committuntur prospicit, l. 2. §. hoc edicto. ff. h. tit. vi bonorum raptorum actionem quæ cum pœna sua retrahit, ablata potius ad mobilia, mouentiáque, quàm ad fundos per iniuriam occupatos spectare, explorati iuris est. l. 1. C. h. tit.

Et hîc etiam qui res alienas vi rapit, furti tenetur,

tur, quia rectè dictum est eum improbum furem esse.h.tit.in prin. Imò in terminis scripsit eum qui vi rapit furem esse improbiorē, §. doli mali.vers. nam Iulianus,ff.eodem. atque ideo aduersus eum actio propria datur, quæ dicitur vi bonorum raptorum. hoc tit. in prin.

Hæcque intra annum est quadrupli, pòst annum simpli; quadruplum autem non totum pœna est, sicut in actione furti manifesti diximus; sed in quadruplo inest, & rei persequutio, vt pœna tripli sit, siue raptor comprehendatur in ipso delicto, siue non, ne leuioris conditionis sit is qui vi rapit, quàm qui clàm amouet.

Nemini liceat vi rapere, vel rem mobilem, vel se mouentem, licèt suam eandem rem esse existimet. Si enim sua sit, dominio eius cadit, si aliena ad rei restitutionem tenetur, & vltra vim passo ad eiusdem quoque rei æstimationem cogitur. §.ita tamen.hoc tit.quod non solùm in mobilibus locū habet, sed etiam in inuasionibus quæ circa res soli fiunt. veruntamen rei pretium quadruplatur non id quod interest. l.2. §. doli mali. vers. in hac actione.ff. vi bon.rapt.

Quòd locum habet etiam aduersus eos qui vi id quòd sibi deberi putant inuadunt, cum actione experiri debent, vis enim est tunc quoties is qui

ſibi deberi putat, non per iudicem repoſcit temerè, námque poſſidere dicitur, & iure rectè priuatur; l. creditores, 7. verſ. & cùm Marcianus. ff. ad l. Iul. de vi priu. & l. ſi quis in tantùm. C. inde vi, ibi qui in poſſeſſionem. Verùm antè aduentum iudicialis arbitrij violenter inuaſit dominus quidem conſtitutus, poſſeſſionem quam abſtulit reſtituat poſſeſſori, & dominium eiuſdem rei amittat: ídque vt ab omni rapina homines abſtineant, d. §. ita tamen. in fin. & datur hæredibus, & in hæredes in id quod ad eos peruenit qui condictione conueniri poſſint. l. 1. §. fin. ff. vi bon. rap.

Id autem ita interpretari debet ſi dolus adſit: nam qui errore quodam ductus eo animo rapuerit quaſi domino, liceat etiam per vim rem ſuam auferre, & poſſeſſoribus abſolui debet. d. §. ita tamen. in prin.

Et datur hæc actio etiam ei qui dominus non eſt, ſi ſua interſit rem non fuiſſe raptam, vt id conſequatur quod ex ſubſtantia eius ablatum eſſe proponatur. §. fin. h. tit. Et quæ dixi de rebus ſoli, id ita verum eſt, vt ſi quis ſua poſſeſſione vi deiectus ſit, ſine mora; ſiue cunctatio, & celeri reformatione reiecta, omni ſpoliatoris rerum inferentis exceptione reſtitui debet, l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi. & l. ſi coloni. C. de agric.

&

& cens.lib.10.c.redintegranda,3.q.1. modò is qui se vi deiectũ de possessione sua, & vi aduersarij sui doceat. c.1. c.3. & 4.3. q.1. & c. olim causam, de rest. spol. & c. causam qui filij sint legitimi: tantus enim est restitutionis fauor, tantum spoliationis odium, vt nulla exceptio admittatur quæ furtum faciat delicto, & audaciæ vim inferentis.

Datur etiam actio furti aduersus nautas, caupones, & stabularios: tit.fur.naut.caup.stab.ff. & alio tit. nautæ, caupones, stabularij vi recepta restituant. *Et en ce subjet faut remarquer ce que peut arriuer à vn hoste, auquel lieu aura esté donnée quelque valise fermée, & close, la rendant ouuerte & forcée, l'hoste est tenu rendre ce que le maistre iurera y auoir esté mis* Paris.cons.74.n.15.16.vol.1. sequutus per Bart.& Iaso.in l.in certioribus.ff.de in lit.iur. Iul.d.lib.1.senten.§.furtum.n.132. ibi pro complemento.

De tigno alieno furtim capto, & ædibus suis, aut vineis iuncto, datur actio in duplum; l.1.ff.de tig.iun.& sup. de rer. diu.§. in suo. idque propter authoritatem legis XII. Tabul. ne ædificia diruantur, & onerum cultura turbetur, non datur vindicatio.

Furti actio, & ciuilis & criminalis est.

Formula ciuilis est apud Petr. Iacob. tam manifesti

nifesti quàm non manifesti. rubr. 1. & 2. nouæ editionis.

Criminaliter agitur iuncta fisci persona pro interesse publico, *la peine duquel est diuerse, car pour vne fois ils sont condamnez au fouët*, & famosi fures, aut latrones furca suspenduntur, de quibus Chassan. ad consf. Burg. tit. *des Iustices*. §. 5. & Iul. Clar. in §. furtum. Iasf. in §. ex maleficiis, n. 3. vsque ad 7. inst. de act. Boër. ait, dec. 173. & 174. de perquisitione. *La partie ciuile pour son interest priué reçoit les peynes que dessus*, aut quadrupli, aut dupli, *& le fisque la corporelle ou pecuniaire*, arbitrio iudicis, *& en adiuge les despens.*

Les larcins domestiques, & autres punis à mort. Pap. lib. 23. tit. 6.

DE LEGE AQVILIA.

DIximus suprà tit. de iur. nat. gen. & ciu. legem Aquiliam esse plebiscitum, quod plebe rogante Tribunus constituebat. hæc autem Aquilio rogante plebs constituit, l. 1. in fin. ff. ad l. Aquil. & hoc loco. & hæc est de damno iniuria dato, quæ omnibus legibus ante eam de damnis datis derogat, d. l. 1. ff. ad leg. Aquil. &

pœnalis.

lis dicitur, in l.inde Neratius,13.§.hanc actionem. ibi cum suff. eod. atque ideò hæredibus quidem datur : sed in hæredes non nisi ex eo locupletiores facti ; & si quid ad eos peruenit, veluti si occisi bonis carnes comederit, gl.ibid.

Primo casu legis cautum est, vt qui iniuria seruum, aut quadrupedem, hoc est, non iure occiderit, quanti in eo anno res fuerit, plurimi tantùm domino daré damnetur, & quadrupedum appellatione hac lege continentur equi, muli, asini, boues, oues, capræ, sues ; quia veluti pecudes & gregatiui pascuntur. Sed qui latronem insidiantem occiderit, non tenetur vtique, si aliter periculum effugere non potest : §.iniuria, h.tit. nam aduersus periculum, naturalis ratio permittit se defendere. l.itaque, 4. ff. h.tit.

Lex duodecim Tabularum furem noctu deprehensum occidere permittit, vt tamen id ipsum cum clamore testificetur. Interdiu autem deprehensum ita permittit occidere, si is se telo defendat, vt tamē æquè cum clamore testificetur. d.l.4.

Dolo autem & culpa quisque hac lege tenetur, sed is qui casu occidit non tenetur quod ex qualitate loci plerunque inducitur. *Comme i'ay veu aduenir au jeu de l'arc de Grenoble, l'vn des archers tirant donne à la joüe d'vn Italien regardant, &*

luy perça la ioüe. Il n'en fut autre chose; autant s'en peut-il dire au lieu de l'exercice, & des armes. Mais si l'accident & excez arriuoit au lieu par autre que par l'vn des archers, harquebuziers, ou de la milice, s'exerçant autre part qu'au lieu destiné, ils sont tenus actione legis Aquiliæ, §. iniuriato, hoc tit.

Beaucoup d'autres cas subiets à ceste loy sont notez en ce tiltre, & au ff. & au C. par lesquels non modò illud damnum perempti corporis æstimatur, sed ampliùs quicquid perempto corpore patimur, siue in amittendo, siue in non acquirendo consistat; & hæc actio ciuiliter, & criminaliter moueri potest. §. liberum, h. tit.

Secundum caput legis non extat.

Tertium verò caput ad omne aliud damnum pertinet quod iniuria datum, nempe si quadrupes, quæ pecudum numero est, vulnerata sit, aut si etiam canem, aut feram, quæ pecudum numero non est vulnerauit, aut occiderit, hoc capite actio constituitur quod de damno eo statuitur. Si quid vstum, ruptum aut fractum, aut mixtum oleo, vino, frumento, vt eorum bonitas corrumperetur: sed hoc capite non quanti eo anno, sed quanti in diebus triginta proximis res fuerit, obligatur is qui damnum dederit, eúmque de dolo & culpa teneri.

Et

Et hæc de directa legis Aquiliæ actione datur etiam vtilis, quando quis non corpore suo & manu damnum dedit, veluti si pecus ita inclusit vt fame necatum sit, & alia id genus. §. cæterùm.

Datur etiam actio in factum contra eum qui obnoxius est, veluti si compeditũ seruum soluerit, misericordia ductus, vt aufugeret. §. fin. inst. & similia.

Alia quæ pertinent ad species & actus in quibus hæc actio locum habet, vide apud Bredorodium in suo Thesauro, & eiusdem exceptiones apud Vigellium. part. 6. lib. 12. c. 9.

DE INIVRIIS.

OMNE quòd non iure fit, iniuria dicitur, l. 1. ff. h. tit. specialiter autem dicitur contumelia, & vti suprà diximus ex lege Aquilia damnum quod iniuria datur; dicimus etiam iniquitatem iniuriam veluti, si quis iniquè vel iniustè sententiam dicat. d. l. 1.

Et fit iniuria re aut verbis, re scilicet si manus inferantur, verbis si conuitium fit, eáque infertur, aut in corpus, aut ad dignitatem, aut ad infamiam pertinet.

Propterea aut nobis fit directo, aut per consequentias; quia quòd liberis & parentibus fit, nobis ipsis fieri dicitur; idem si vxori, l.1.h.tit. Idem de seruis, quatenus à parte, in contumeliam domini aliquid in eos commissum fuerit. §. seruus hic. & §§. duob. seqq.

Spectat enim ad nos infamia quæ in his fit, qui vel potestati nostræ, vel affectui subiecti sunt, vt vxori & nurui, gl. eod.

In tribus quandoque iniuriarum actio datur, nec vna alia eliditur, nempe si iniuria facta sit vxori meæ; filiofamilias, & illi & mihi, & patri eius actio datur; sed non datur vxori propter iniuriam marito illatam. l. quod si eod. & d. §. fatetur, h.t.

Qui autem suspecti sunt in iudicando in actione iniuriarum, notat textus, in l. lex Cornelia, suprà, eod. & gloss. & consanguineos vsque ad sextum gradum.

Iniuria autem committitur non solùm cùm quis pugno pulsatur, aut fustibus læsus, vel etiam verberatus erit: sed & si cui qui cùm factum fuit, & veluti si vt ait gl. in verbo qui cùm siue in genere, siue in specie improperatur aliquod debitum commissum, si bona possideantur, eius quem de latorem dicebat cùm non esset, & si famosi libelli

belli adjti ſunt, lecti, publicati, nec lacerati, ſtatim & aliis plurimis modis committi iniuriam, qui ff. & C. per totum eliciuntur. §. iniuria, hoc tit.

Pœna autem iniuriarum ex edicto Prætoris, & præter legem XII. Tabul. quæ in deſuetudinem abiit pecuniaria eſt, vt ſcilicet tanti reus condemnetur quantum iniuriam paſſus æſtimandum duxerit, aut iudici taxandi æquum, fuerit viſum, non ſecundum gradum dignitatis, vitæque honeſtaté.

Creſcit aut minuitur æſtimatio iniuriæ, §. pœna, h. tit.

Auiourd'huy les iniures valables ſe doiuent vuider promptement, & au cas que l'accusé declare de tenir celuy qu'il a iniurié verbalement pour homme de bien & d'honneur, il eſt mis hors de cour & de procez, & neantmoins condamné aux deſpens ſi aucuns en ont eſté faicts. Pap. *En ſes arreſts*, lib. 8. tit. 3. art. 15. & 16.

Atrox iniuria dicitur & æſtimatur vel ex facto, vel ex vulnere illato certo loco, veluti oculo vulneris magnitudo atrocitatem facit, l. vulneris, 8. ff. eod. & ex loco in quo illatum eſt, nempe theatro, foro, vel in aſpectu Magiſtratus, vel ex perſona, veluti ſi Magiſtratus iniuriam paſſus eſt, vel ſi Senatori ab humili perſona iniuria facta ſit, §. atrox, h. tit. & l. atrocem, ſi dignitatis habitum ornamenta præſidens. in. [illegible]

De omni iniuria eum qui passus est posse vel ciuiliter agere, vel criminaliter, & ciuiliter vti dictum est reo pœna æstimatione facta imponitur; criminaliter officio iudicis extraordinaria pœna reo irrogatur, §. in summa, h. tit.

Sed tenetur iniuriarum non solùm qui intulit, sed & in eum qui procurauit vt ea fieret, §. non solùm, hoc tit.

Sed dissimulatione actio tollitur si statim ad eum is qui passus est non reuocauerit ad animũ, §. fin. hoc tit. & l. non solùm, 11. §. iniuriarum, ff. si qui cuius, ff. eod. Et animo perimitur, l. sinat conuicij, 5. C. eod.

Si non animo conuiciandi verba prolata sunt, & probetur non esse locum actioni iniuriarum, d. l. si non conuicij. Quæ etiam cessat si nocentem quis infamauit vt peccata nota sint, & si probentur, l. eum qui nocentem, 18. ff. eod. & l. si quidem, 10. C. d. tit. Non priùs agi quam si is qui iniuriam protulit non probauerit.

Et notandum quod is qui iure publico vtitur, non videtur id iniuriæ faciendæ gratia facere; iuris enim exequutio non habet iniuriam, l. iniuriarum. §. is qui, ff. eod.

Actio autem hæc iniuriarum neque hæredi, neque in hæredem datur, nisi lis contestata fuerit, vt

vt ſic ait Gloſſ. Hæredes enim pœnalibus actionibus non tenentur, noxa enim caput ſequi debet, l. 1. §. 1. ff. de priu. & l. vnic. C. ex delict. diſ. poſt litis conteſtationem eo qui vim fecit, vel concuſſionem intulit, vel aliquid deliquit defuncto, ſucceſſores eius inſolidum alioquin inquantum ad eos peruenit, conueniri iuris abſolutiſſimi eſt, ne alieno ſcelere ditentur.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ ex quaſi delicto naſcuntur.

IVDEX qui per imprudentiam iudicauit cùm dolus abſit, ex maleficio non tenetur, ſed ex quaſi maleficio inquantum religioni iudicantis videbitur.

Cùm autem dolo malo in fraudem legis per euidentem gratiam inimicitias, aut per ſordes ſententiam dixerit, litem ſuam facere dicitur; l. filius familias, 15. ff. de iudic. & ff. de var. & extr. cogn. & in l. 1. & auth ſeq. C. de pœn. iud. qui mal. iud. & l. fin. eod. Quia tenetur diſpendio liti, & actio in factum, vt ait Gloſſ. ibid. actione repetundarum: ſed ſi is qui dedit, aut iudici promiſit vt eum corrumperet, ſeipſum defert & probat,

& cens.lib.10.c.redintegranda,3.q.1. modò is qui se vi deiectũ de possessione sua, & vi aduersarij sibi doceat. c.1.c.3. & 4.3.q.1. & c.olim causam, de rest. spol. & c. causam qui filij sint legitimi. tantus enim est restitutionis fauor, tantum spoliationis odium, vt nulla exceptio admittatur quæ furtum faciat delicto, & audaciæ vim inferentis.

Datur etiam actio furti aduersus nautas, caupones, & stabularios : tit.fur.naut.caup.stab.ff. & alio tit. nautæ, caupones, stabularij vi recepta restituant. *Et en ce subjet faut remarquer ce que peut arriuer à vn hoste, auquel lieu aura esté donnée quelque valise fermée, & close, la rendant ouuerte & forcée, l'hoste est tenu rendre ce que le maistre iurera y auoir esté mis* Paris.cons.74.n.15.16.vol.1. sequutus per Bart.& Iaso.in l.in certioribus.ff.de in lit.iur. Iul.d.lib.1.senten.§.furtum.n.132. ibi pro complemento.

De tigno alieno furtim capto, & ædibus suis, aut vineis iuncto, datur actio in duplum ; l.1.ff.de tig.iun.& sup. de rer. diu.§. in suo. ídque propter authoritatem legis XII. Tabul. ne ædificia diruantur, & onerum cultura turbetur, non datur vindicatio.

Furti actio, & ciuilis & criminalis est.

Formula ciuilis est apud Petr. Iacob. tam ma-

nifesti

nifesti quàm non manifesti. rubr. 1. & 2. nouæ editionis.

Criminaliter agitur iuncta fisci persona pro interesse publico, *la peine duquel est diuerse, car pour vne fois ils sont condamnez au fouët*, & famosi fures, aut latrones furca suspenduntur, de quibus Chassan. ad cons. Burg. tit. *des Iustices*. §. 5. & Iul. Clar. in §. furtum. Ias. in §. ex maleficiis, n. 3. vsque ad 7. inst. de act. Boër. ait, dec. 173. & 174. de perquisitione. *La partie ciuile pour son interest priué reçoit les peynes que dessus*, aut quadrupli, aut dupli, *& le fisque la corporelle ou pecuniaire*, arbitrio iudicis, *& en adiuge les despens.*

Les larcins domestiques, & autres punis à mort. Pap. lib. 23. tit. 6.

DE LEGE AQVILIA.

DIXIMVS suprà tit. de iur. nat. gen. & ciu. legem Aquiliam esse plebiscitum, quod plebe rogante Tribunus constituebat. hæc autem Aquilio rogante plebs constituit, l. 1. in fin. ff. ad l. Aquil. & hoc loco. & hæc est de damno iniuria dato, quæ omnibus legibus ante eam de damnis datis derogat, d. l. 1. ff. ad leg. Aquil. & pœnalis

lis dicitur, in l.inde Neratius,13.§.hanc actionem. ibi cum suff. eod. atque ideò hæredibus quidem datur: sed in hæredes non nisi ex eo locupletiores facti; & si quid ad eos peruenit,veluti si occisi bonis carnes comederit,gl.ibid.

Primo casu legis cautum est,vt qui iniuria seruum,aut quadrupedem,hoc est,non iure occiderit, quanti in eo anno res fuerit, plurimi tantùm domino daré damnetur,& quadrupedum appellatione hac lege continentur equi,muli,asini, boues,oues,capræ, sues; quia veluti pecudes & gregatiui pascuntur. Sed qui latronem insidiantem occiderit, non tenetur vtique, si aliter periculum effugere non potest: §.iniuria,h.tit.nam aduersus periculum, naturalis ratio permittit se defendere. l.itaque,4.ff.h.tit.

Lex duodecim Tabularum furem noctu deprehensum occidere permittit,vt tamen id ipsum cum clamore testificetur. Interdiu autem deprehensum ita permittit occidere, si is se telo defendat,vt tamẽ æquè cum clamore testificetur.d.l.4.

Dolo autem & culpa quisque hac lege tenetur, sed is qui casu occidit non tenetur quod ex qualitate loci plerunque inducitur. *Comme i'ay veu aduenir au jeu de l'arc de Grenoble, l'vn des archers tirant donne à la joüe d'vn Italien regardant, &*

luy perça la ioüe. Il n'en fut autre chose; autant s'en peut-il dire au lieu de l'exercice, & des armes. Mais si l'accident & excez arriuoit au lieu par autre que par l'vn des archers, harquebuziers, ou de la milice, s'exerçant autre part qu'au lieu destiné, ils sont tenus actione legis Aquiliæ, §. iniuriato, hoc tit.

Beaucoup d'autres cas subiets à ceste loy sont notez en ce tiltre, & au ff. & au C. par lesquels non modò illud damnum perempti corporis æstimatur, sed ampliùs quicquid perempto corpore patimur, siue in amittendo, siue in non acquirendo consistat; & hæc actio ciuiliter, & criminaliter moueri potest. §. liberum, h. tit.

Secundum caput legis non extat.

Tertium verò caput ad omne aliud damnum pertinet quod iniuria datum, nempe si quadrupes, quæ pecudum numero est, vulnerata sit, aut si etiam canem, aut feram, quæ pecudum numero non est vulnerauit, aut occiderit, hoc capite actio constituitur quod de damno eo statuitur. Si quid vstum, ruptum aut fractum, aut mixtum oleo, vino, frumento, vt eorum bonitas corrumperetur: sed hoc capite non quanti eo anno, sed quanti in diebus triginta proximis res fuerit, obligatur is qui damnum dederit, eúmque de dolo & culpa teneri.

Et

Et hæc de directa legis Aquiliæ actione datur etiam vtilis, quando quis non corpore suo & manu damnum dedit, veluti si pecus ita inclusit vt fame necatum sit, & alia id genus. §. cæterùm.

Datur etiam actio in factum contra eum qui obnoxius est, veluti si compeditũ seruum soluerit, misericordia ductus, vt aufugeret. §. fin. inst. & similia.

Alia quæ pertinent ad species & actus in quibus hæc actio locum habet, vide apud Brederodium in suo Thesauro, & eiusdem exceptiones apud Vigellium. part. 6. lib. 22. c. 9.

DE INIVRIIS.

OMNE quòd non iure fit, iniuria dicitur, l. 1. ff. h. tit. specialiter autem dicitur contumelia, & vti suprà diximus ex lege Aquilia damnum quod iniuria datur; dicimus etiam iniquitatem iniuriam veluti, si quis iniquè vel iniustè sententiam dicat. d. l. 1.

Et fit iniuria re aut verbis, re scilicet si manus inferantur, verbis si conuitium fit, eáque infertur, aut in corpus, aut ad dignitatem, aut ad infamiam pertinet.

Propterea aut nobis fit directo, aut per consequentias; quia quòd liberis & parentibus fit, nobis ipsis fieri dicitur; idem si vxori, l.1.h.tit. Idem de seruis, quatenus à parte, in contumeliam domini aliquid in eos commissum fuerit. §. seruus hic. & §§. duob. seqq.

Spectat enim ad nos infamia quæ in his fit, qui vel potestati nostræ, vel affectui subiecti sunt, vt vxori & nurui, gl. eod.

In tribus quandoque iniuriarum actio datur, nec vna alia eliditur, nempe si iniuria facta sit vxori meæ; filiofamilias, & illi & mihi, & patri eius actio datur; sed non datur vxori propter iniuriam marito illatam. l. quod si eod. & d. §. fatetur, h.t.

Qui autem suspecti sunt in iudicando in actione iniuriarum, notat textus, in l. lex Cornelia, suprà, eod. & gloss. & consanguineos vsque ad sextum gradum.

Iniuria autem committitur non solùm cùm quis pugno pulsatur, aut fustibus læsus, vel etiam verberatus erit: sed & si cui qui cùm factum fuit, & veluti si vt ait gl. in verbo qui cùm siue in genere, siue in specie improperatur aliquod debitum commissum, si bona possideantur, eius quem de latorem dicebat cùm non esset, & si famosi libelli

belli aditi sunt, lecti, publicati, nec lacerati, statim & aliis plurimis modis committi iniuriam, qui ff. & C. per totum eliciuntur. §. iniuria, hoc tit.

Pœna autem iniuriarum ex edicto Prætoris, & præter legem XII. Tabul. quæ in desuetudinem abiit pecuniaria est, vt scilicet tanti reus condemnetur quantum iniuriam passus æstimandum duxerit, aut iudici taxandi æquum, fuerit visum, non secundùm gradum dignitatis, vitæque honestatẽ.

Crescit aut minuitur æstimatio iniuriæ, §. pœna, h. tit.

Auiourd'huy les iniures valables se doiuent vuider promptement, & au cas que l'accusé declare de tenir celuy qu'il a iniurié verbalement pour homme de bien & d'honneur, il est mis hors de cour & de procez, & neantmoins condamné aux despens si aucuns en ont esté faicts. Pap. *En ses arrests*, lib. 8. tit. 3. art. 15. & 16.

Atrox iniuria dicitur & æstimatur vel ex facto, vel ex vulnere illato certo loco, veluti oculo vulneris magnitudo atrocitatem facit, l. vulneris, 8. ff. eod. & ex loco in quo illatum est, nempe theatro, foro, vel in aspectu Magistratus, vel ex persona, veluti si Magistratus iniuriam passus est, vel si Senatori ab humili persona iniuria facta sit, §. atrox, h. tit. & l. atrocem, si dignitatis habitum ornamenta præsidens.

vt sic ait Gloss. Hæredes enim pœnalibus actionibus non tenentur, noxa enim caput sequi debet, l.1.§.1.ff.de priu.& l.vnic.C.ex delict.dif.post litis contestationem eo qui vim fecit, vel concussionem intulit, vel aliquid deliquit defuncto, successores eius insolidum alioquin inquantum ad eos peruenit, conueniri iuris absolutissimi est, ne alieno scelere ditentur.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ ex quasi delicto nascuntur.

IVDEX qui per imprudentiam iudicauit cùm dolus absit, ex maleficio non tenetur, sed ex quasi maleficio inquantum religioni iudicantis videbitur.

Cùm autem dolo malo in fraudem legis per euidentem gratiam inimicitias, aut per sordes sententiam dixerit, litem suam facere dicitur; l. filius familias, 15. ff. de iudic. & ff. de var. & extr. cogn.& in l.1.& auth seq.C.de pœn.iud.qui mal. iud. & l. fin.eod. Quia tenetur dispendio liti, & actio in factum, vt ait Gloss. ibid. actione repetundarum: sed si is qui dedit, aut iudici promisit vt eum corrumperet, seipsum defert & probat,

DE ACTIONIBVS.

ACtio nihil aliud est quam ius persequendi in iudicio quòd sibi debetur, l. nihil aliud, 51. ff. de oblig. & act.

Actionis verbum & generale & speciale est; nam omnis actio dicitur siue in personam, siue in rem petitio: sed plerumque actiones personales solemus dicere; Petitionis autem verbo in rem actiones significari videntur.

Persequutionis verbo extraordinarias persequutiones contineri, picta fideicommissarias, & si quæ aliæ sunt quæ non habent iuris ordinarij exequutionem.

Hoc verbum debuit omnem omnino actionem comprehendere, intelligitur siue ciuilis, siue honoraria, siue fideicommissi fuit persecutio, l. pecuniæ, §. actionis verbum, 178. ff. de verb. sign.

Actio in personam infertur, petitio in rem, persecutio in rem, vel in personam rei persequendæ gratia; cùm actionis verbo etiam persequutio contineatur, l. actio, 28. ff. de oblig. & act. l. actionis, 34. ff. de verb. sig.

Et actionis nomen hoc titulo generale est ad

omnes omnino actiones pertinens.

Sed is qui excipit, tametsi agere videatur, quia reus in exceptionibus actor etiam est: l. 1. ff. de excep. tamen hoc titulo non vtitur vocabulo actionis in hac significatione: sed ideò quia sicut actor tenetur probare suam intentionem, ita reus suam exceptionem. Paul. Castr. in d. l. 1. ff. de excep.

Actionum autem mater est obligatio quæ ex contractu, aut quasi maleficio, aut quasi dicitur, & quemadmodum contractus quidam nominati: quidam innominati sunt. Ita actionum quædam nomen habent, vti sunt hæ quæ ex contractibus nominatis oriuntur, quales sunt exempto, vendito, locato, conducto, & aliæ similes; sed cùm non destituunt & deficiunt vulgaria hæc & vsitata: actionum nomina tunc ad actiones in factum, & præscriptis verbis recurrimus, quam actionem in factum subsidiariam esse ait Vlp. l. iuris gentium, in prin. cum gloss. in verb. Prætor. ff. de pact. l. qui seruandarum in pr. cum gloss. in verb. in factum, ff. de præscriptis verbis. Ad quam decurrit Prætor, cùm omnes actiones tum ciuiles tum prætoriæ deficiunt. Goueanus lib. 1. var. lect. c. 40.

§. OM

§. OMNIVM AVTEM *Actionum*, C.

PRIMA diuisio actionum hæc est, vt aliæ in personam, aliæ in rem sint, l. actionum, 24. ff. de oblig. & act. in personam etiam condictiones dicuntur, §. appellamus, 1. h. tit. l. actionum genera, 25. ff. de oblig. & act.

In rem actio est per quam rem nostram quæ ab alio possidetur petimus, & semper aduersus eum est qui rem possidet, d. l. 25.

In personam actio est qua cum eo agimus qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid vel dādum, & semper aduersus eundem & eius hæredem locum habet, d. l. 25. gl. in verb. eundem.

Porrò in rem actio competit ei qui aut iure gentium, aut iure ciuili dominium acquisiuit, l. in rem, 23. ff. de rei vind. quemadmodum iure gentium & iure ciuili dominia quæruntur, suprà diximus, de rer. diuis. & de vsucap.

Itaque qui in rem agit & vindicationem proponit, probare debet rem ad se iure dominij pertinere, & aduersarium possidere.

Sed si aduersarius negauerit possidere, & conuictus sit, & si actor dominum se non probaue-

rit in poſſeſſionem mittendus eſt, l. fin. ff. de rei vind.

De probatione domini & poſſeſſionis, vide Iaſonem, hoc §. num. 71. & 72. cùm traditionibus & vſucapionibus dominia transferantur, probata traditione ab eo qui dominus erat, aut poſſeſſione tanti temporis qua dominium acquiri poterit, dominium probatum videbitur.

Libellus autem ita concipi poteſt. *A Monſieur le Iuge,* &c. *Supplie humblement,* &c. *Diſant, qu'à luy appartient par bons & legitimes tiltres vne telle piece, ſituée en tel lieu, confinée par tels & tels confins, contenant tant de ſeſterées, laquelle eſt indeüement detenuë & occupée par tel. Ce conſideré vous plaiſe le mander appeller pour ſe voir condamner à la vuider, & relaſcher au ſuppliant, auec reſtitutions de fruicts, deſpens, dommages & intereſts.*

Aprés qu'il ſera appellé, le demandeur peut propoſer interrogats, ſur leſquels il demandera que le deffendeur ait à reſpondre auec ſerment, s'il tient & poſſede ladite piece; s'il nie: il faut demander la poſſeſſion in præiudicium negantis.

Libellus in actione perſonali ita concipi poteſt. *Au Iuge, Supplie,* &c. *Diſant que tel luy eſt obligé en la ſomme de,* &c. *Qu'il ſoit appellé à ſe voir condamner au payement, auec deſpens, dommages & intereſts.*

interests. Mais quand le debiteur est obligé au corps, on prend lettres pour le faire saisir & incarcerer, ou quand ses biens sont obligez, pour luy faire commandement de payer, & à faute de ce, saisir le corps & les biens. Mais estant payé par le moyen de l'vne ou l'autre saisie, debitor liberationem consequitur. *Et faudra faire appeller le deffendeur pardeuant le Iuge du lieu de son domicile, ou de la situation de la chose demandée, ou par deuant celuy auquel par l'obligation le debiteur se trouuera soubmis & obligé.*

§ *ÆQVE.*

SVPRA de actione reali rerum corporalium, hoc autem §. de realibus rerum incorporalium actionibus agitur, veluti in vsufructu, quando quis agit ius sibi esse fundo, vel ædibus vtendi, fruendi, vel per fundum vicini agendi, eundi, vel ex fundo vicini aquam ducendi, in rem actio est; eiusdem actio est prædiorum, vt bonorum veluti si quis sibi ius esse altius ædes suas tollendi, prospiciendi, proiiciendi, tignum immittendi, & has confessorias appellauit. Contra & de vsufructu & de seruitutibus vrbanorum & rusticorum prędiorum proditæ sunt inuicem actiones in rem quæ negatoriæ dicuntur, quibus quis intendit

ius non esse aduersario vtendi, fruendi, eundi, agendi, aquam ducendi, altius tollendi, proiiciendi, prospiciendi, immittendi: quod genus actionum non conuenit, nec proditum est in controuersiis rerum corporalium; quia sua nomina habent quæ ex contractibus ducuntur, vti iam dictum est.

Et quia huiusmodi iugæ incorporalia acquiruntur pactis, stipulationibus, testamentis, aut legitima præscriptione.

In libello confessoriæ, *Il faut narrer le tiltre, ou la possession par laquelle vous pretendez le droict vous estre deub, & conclurre à ce qu'il soit dit par le Iuge, l'vsufruict de tel fonds: & de telle maison vous appartenir, & le droict d'aller, passer & repasser par tel fonds, & des autres seruitudes comme vous en auez iouy, auec inhibitions de vous y troubler. Au contraire en la negatiue il faudra dire, qu'il n'a aucun droict d'vsufruict ny d'autre seruitude, que son fonds est exempt de seruitude, qu'il a iouy comme cela, & inhibé de le troubler en sa liberté*

Le Iuge si les parties sont contraires les reglera telles, & apres les preuues faictes, in dubio pro libertate & pro reo pronuntiabit. *En ce §. Iustinien dit, qu'il n'y a qu'vn cas aux ff. auquel,* ei qui possidet non est actio prodita per quam neget rem actoris esse.

Gou.

Gou. præceptor meus var. lect. lib.1. c.41. ait eum casum esse propositum in iure, in l. & si fortè. §. sciendum. ff. si serui. vindic. vbi Vlpian. ait eundem esse possessorem iuris & petitorem: sed glossa hîc in verbo vno casu esse plusquam mille casus, nempè in quibus possessor agere potest rei suæ conseruandæ causa vltra eum qui ex lege. l. diffamari. C. de ingen. & manu.

§. *SED ISTÆ QVIDEM.*

EX Prætoris etiam iurisdictione editæ sunt actiones in rem & personam, qualis est actio Publiciana quæ ei datur, cui res tradita est ab eo quē, dominum existimabat, cùm non esset amissa possessione ad vindicandum, in qua intendit se vsu cœpisse quam vsu non cœpit, & ita vindicat suam esse cùm directa deficiat, quæ is tantùm datur qui dominium suum vindicant: hîc autē cùm à non domino causam habeat, ídque & tradi non potuerit, vtilis Publiciana datur, in qua titulus & traditio & bona fides desideratur, l.1. & ll. seqq. ff. de Pub. in rem act. sufficitque ad Publicianam quęcunque iusta acquirendi dominij causa. l. quęcunque 13. d. tit.

Libellus ita concepi potest.

Il faut narrer le faict, & le tiltre de l'acquisition

faite de ce celuy que le suppliant croira en estre maistre, seigneur & possesseur, & la tradition de possession qu'il en a eue de luy, qu'il pretendoit continues pour se l'acquerir entierenent: Mais elle est à present detenue par vn tel, lequel iniustement refuse de la vuider. A cause de ce requiert qu'il soit appellé pour se voir condamner & contraindre à la vuider au suppliant, auec restitution de fruicts, despens, dommages & interests.

Il y a aussi certains cas ausquels auant la tradition ex persona autoris, *riere lequel la possession estoit la Publiciane, peut estre inuentée*, sed exceptio iusti dominij Publicianam repellit, l. exceptio 16. eod. quia inest ea exceptio si res possessoris non sit. l. fin. eod.

§. RVRSVS.

ADVERSVS absentem qui rem præsentem vsucepit, datur restitutio; datur etiam absenti aduersus præsentem qui rem suam ex absente vsucepit, & hæc actio dicitur rescissoria, aut restitutoria; quia sublata vsucapione, restituitur actione in rem & beneficium Prętoris, rescissio dicitur, ex qua restitutio datur ad rem, & duo iuncta dicuntur rescindens & rescissorium; quæ cumulari possunt: G.P. sed quæ absentia ad restitutionem necessa

necessaria sit Iason hoc,§.n.2.3.4.5.6.&7.latissimè docet, & qualis esse debeat vt restitutioni locus esse possit;nempe vt absens sit ex causa probabili & necessaria, veluti causa militiæ & Reipublicæ; aut probabili tantùm,vt causa studiorum;vel necessaria tantùm, vt causa religionis, & absentià non præsumitur nisi probetur.

§. ITEM SI QVIS IN FRAVDEM.

Actio hæc Pauliana in factum dicitur quę datur creditoribus pro rebus corporalibus, & iuribus ab eorum debitoribus in fraudem eorum traditis,vt rescissa traditione in rem agant, perinde ac si in bonis debitoris mansisset secundùm hunc textum. Quod intelligitur siue debitorem alienauit, siue acceptilatione, vel pacto aliquem liberauit,l.1.ff.quæ in fr.cred.& l.2. item si pignora liberet.

Si ad iudicium non adfuit, vel litem mori patiatur,vel à debitore non petit vt tempore liberetur., aut vsumfructum & seruitutem amittit, & qui aliquid facit vt desinat habere quòd habet,ad hoc edictum pertinet, l.3.d.tit. In quo comprehendi certum est eum qui ante diem fideicommissum restituit, plenam fidem & pietatem se-

quutus non creditores fraudasse, l. patrem, & l. debitorem, eod. locum habet edictum in his quæ diminutionem patrimonij respiciunt, non ad ea pertinet quæ acquirere noluit, veluti iura de nuda hæreditate quàm repudiauit, l. qui autem, eod. Et si in fraudem reuocari ad eandem portionem quam cæteri creditores fuerant laturi, nisi vigilanti solutum cùm iura subueniant vigilantibus: Is quoque qui creditores habere se scit, & vniuersa bona sua alienauit, intelligendus est fraudandorum creditorum consilium habuisse; l. onera, 17. §. Lucius. ff. eod. & vt ait Iason. ídque siue vnicò siue pluribus contractibus alienauerit.

Si titulo oneroso vtriusque fiant & dantis & accipientis, requiritur in titulo lucratiuo, sufficit fraus debitoris; Iaf. hîc num. 17. & hæc actio annalis est à die venditionis. l. qui autem, in fin. & l. ait Prætor. §. si debitorem, in fin. ff. eod. Idem dicendum si quid in fraudem fisci factum sit. 12. in l. post contractum, ff. de donat. Item si à patre in fraudem filiorum, si vxori secundæ plusquam vni ex liberis primi matrimonij; l. hac edictali. C. de sec. nup. & auth. de nup. §. optimè. *L'edict du Roy François II. donné à Fontainebleau en l'an 1560.*

Sed antequam agatur reuocatoris aduersus possessorem rerum alienatarum, excussio debitoris fieri

fieri debet, & fideiussorum; auth. hoc si debitor. Cod. de pign. sed facta per vnum creditorem possessoribus legitimè citatis prodest cæteris, Ias. hîc n.82.83. 84. 85. & 86. vbi etiam de forma excussionis quæ fit parte vocata, aut per nuntium, aut per iudicem, aut si purè dicat nulla alia esse bona, tunc Iudex statuit terminum intra quem rei iudicabunt alia esse, quo elapso si non probatum est extare bona, actor habet intentionem fundatam. Notat etiam casus in quibus discussio necessaria non est, quando notoriè constat debitorem non esse soluendo. Et cùm rixosus,& cùm non est idoneus conueniendi facilitate;item si debitor est debitor speciei,non quantitatis,quia hoc casu excussio non desideratur, Ias. hîc num. 76. neque si debitores se constituant possidere nomine creditorum,aut precario,num. 77. Idem etiam si alienatio sit facta vni ex correis debendi, nec suppletur à iudice hæc exceptio nisi componatur:ídque ante litem contestatam,quia est exceptio ordinis,& fit in quacumque parte litis.

Non solùm autem datur hoc remedium creditoribus procedentibus ad alienationem; sed quandóque sequentibus & futuris; si de fraudis alienatione constare possit quòd facta fuerit in fraudem creditorum futurorum, nempè si post

alienationem statim contractum sit debitum, aut si imaginaria, & fictitia sit alienatio, vt in exemplis Iasonis, cùm pater emancipato filio ei bona donauit, postea debita contraxit, & mercantiam exercuit cùm lapsus esset facultatibus, creditores agunt aduersus filium omnia possidentem titulo nullo, imaginario, aut in fraudem facto, futuris etiam non nocet qui in locum priorum successerunt, qui posteriorum pecuniis dimissi sunt.

Libellus autem concipi potest ita. *Ayant deduict l'obligation de la somme: & que depuis icelle le debiteur a tout aliené, à tels & tels qui tiennent telles & telles pieces, que la tradition & alienation soit reuoquée comme fraudulente, & declarer que les pieces sont demeurées au debiteur, & que le crediteur suppliant en sera mis en possession, auec restitution de fruicts, pour estre payé de ce qui luy est deub, auec despens dommages & interests, soubstenant qu'il ne possede aucuns biens. Mais il me semble que l'action hypothequaire est plus propre, & plus vsitée: car ayant deduict l'obligation, on deduict que du temps d'icelle le debiteur tenoit tels & tels fonds, lesquels estoient obligez au suppliant, qui sont à present tenus & occupez par tel & tel; concluant qu'il ayt à les vuider, & relaxer au suppliant, pour estre tenus par droict de gaige & d'hypotheque iusques à son payement, auec restitution de fruicts,*

despens

despens, dommages & interests; si mieux il n'ayme payer ladicte somme auec interests & despens, soubstenant que ledict debiteur est insoluable, & n'a aucuns biens, ou qu'il est decedé sans auoir rien laissé en son hoirie.

Aussi en l'hypothecaire il y a plus d'aduantage; car la Pauliane est prescripte par vn an, & l'hypothecaire en dure quarante.

§. *ITEM SERVIANA & quasi Seruiana.*

PRÆCEDENS actio & hæc à Prætore inter reales prętorias numerantur, & hæc etiã hypothecaria dicitur, quæ aduersus colonos pro rebus eorum quæ pro mercedibus fundi domino tenentur, aut creditotibus qui pro debitis pignora, aut hypotheca conuentione cõtinetur. De hypothecaria suprà diximus, & hæc est frequens & satis vsitata actio in iudicio forensi, atque ideò pauca de pignoribus, tum de hypothecis dicemus. Quid pignus sit, quid tacitum, quid expressum, & de differentia eius & hypothecæ supra diximus, tit. quib. mod. re contrah. oblig. §. creditor quoque. Vbi etiam exempla in quibus pignus & hypotheca tacitè contrahititur, dicitur ipso iure constitui; sic res commodata pro impensis commo-

datario iuri est obligata, l. creditoris, 15. in fin. ff. de pactis, Item qui ad refectionem ædificiorum credidit tacitè ipsa ædificia pignori habet obligata, l. 1. ff. in qui. cau. pig. tut. contr. siue domino, siue creditori operis pecunia sit credita & soluta, & si mater tutrix nuptias reiterauit, nec alium fecit constituere tutorem, aut rationem reddiderit, & residuum soluerit, bona secundi viri sunt tacitè obligata pro tutelę ratiociniis, l. si mater, 6. C. eod. bona mariti pro dote; l. vnic. & 12. pleniùs. ff. de rei vx. act. & l. assiduis. C. qui pot. in pig. bona tutoris pro administratione, l. pro officio, C. de adm. tut. Pignus autem prætorium aliud iudiciale, aliud conuentionale dicitur: sed secundùm glossam & prætorium & iudiciale, indifferenter pro vno, & eodem accipiuntur, maximè hodie. Item praxi ita accipiendum, & quidem priùs dicitur pignus, quod datur aut rei conseruandæ causa, aut legatorum gratia, & ventris nomine, & damni infecti l. 1. C. ex quib. cau. in poss. eat. & ex eiusmodi Iudicum decretis dominia non transferuntur. Idem dicimus de pignoribus, quæ in executione literarum obligatoriarum, aut iudicati capiuntur, aut sequestrantur, *Par l'Ordonnance du Roy*, & hoc dicitur pignus quidem & primum decretum ex quo in creditorem dominium non transfertur.

Et

Et hoc etiam dici poteſt pignus prætorium iudiciale, *lequel ne peut eſtre aliené par le debiteur, ny ſaiſi par vn autre creancier: car ſaiſie ſur ſaiſie ne vaut, & apres que les inquants, la deliurance & interpoſition de decret, & la miſe en poſſeßion ſont faicts*, ex hoc decreto quod ſecundum dicitur, dominium transfertur in emptorem, Guid. Pap. in tract. de primo & ſecundo decreto. *Il eſt vray que par le ſtatut Delphinal, & par l'Ordonnance de la Cour tirée d'iceluy, les debiteurs ont droit de reachept de quatre moys, ſi la ſomme excede cent liures, ſans que durant ledit delay l'achepteur ſoit tenu de prendre inueſtiture du Seigneur direct.*

Pignus autem conuentionale dicitur quod ex conuentione partium vim capit, quod plerumque in antichreſi conſtituitur, quando res vtenda creditori à debitore datur pro vſu pecuniæ creditori debitæ, l. ſi is qui bona 11. §. 1. ff. de pig. & l. 1. §. pacto eod. G. Pap. tract. de vſur. G. P. tractatu de vſuris, ait pactum aut valere, propter incertitudinem pretij & fructuum: l. ſi ea pactione, 14. & l. ſi ea lege, 17. C. de vſur. oleo, 23. eod. ſed canoniſtæ aiunt, ſi fructus excedunt legitimum vſurarum modum, imputari in ſortem quod excedit. in c. 12. & c. conqueſtus. extr. de vſur.

In eo differt pignus ab hypotheca, quod pignus

gnus traditione rei siue mobilis per se mouentis, siue sole, siue nominis perficitur, hypotheca siue traditione sola contrahitur, nisi interdum fictitia traditione, nempè cùm debitor qui res suas generaliter aut specialiter obligauit, constituit se easdem possidere pro creditore.

Is autem qui pignori incumbit, & cui res tradita fuit, si desiit habere siue sua culpa aut àlterius, tunc circa necessitatem excussionis principàlis debitoris aduersus possessorem agit Semiana actione.

Sed si is qui hypotheca tantùm conuentionali nititur, si deest constitutum & clausula precarij, tunc vti supradictum est, excussio fieri debet. In hoc differt tacita, & generalis, siue expressa hypotheca: quòd si res quæ tacitè hypothecatæ sunt alienantur, creditor non habet actionem aduersus eum qui acquisiuit. In generali autem & speciali agit aduersus possessorem; quia res transit cum sua causa, & cum onere hypothecæ. l. si debitor, C. de distr. pign.

De differentia inter Seruianum & Saluianum interdictum, vide Iasonem à num. 90. vsque ad 99.

Præscribitur autem hypothecaria annis 40. vt ait Boër. decis. 182. & Ferrarijs in form. resp. ad act,

act.hypothecariam.gl.9. num.4. maximè aduersus debitorem, aut aduersus eum qui à debitore causam habet: l.cùm notissimi. C.de præscrip.30. vel 40. ann. sed aduersus eos qui à debitoribus causam non habent 30. annis. Res autem quæuis ad tertium, cum sua causa, cum suo onere, & suis vitiis transit, l.Pomponius, § cùm quis. ff. de neg. poss.gl.in l. an vitium. ff. de diuers. temp. præscr. adeò vt semper salua sint iura hypothecarum, nisi præscribantur.

§. *IN PERSONAM quoque.*

PERSONALES etiam actiones & sua iurisdictione propositas habet Prætor, quales sunt de constituta pecunia de peculio, & ex iuramento postulante aduersario prestito, de constituta edita est actio, si quis se soluturum & plures se soluturos constituant pro alio, siue res sint mobiles, quę numero, pondere vel mensura constant, siue immobiles, aut per se mouentes, vt instrumenta: l.2. C. hoc tit. & hac ratione receptitia inoleuit & sublata est, & in actionem de constituta transfusa est.

Ita autem à Cuiacio hoc titulo definitur con-

nentio qua quis respondet citra stipulationem soluturum se quod ipse vel alius debet, quo genere priorem obligationem non nouari constat; l. 3. §. in eum, ff. de admin. rer. ciuil. Is enim pro quo quis constituit obligatus manet. l. vbi, 28. ff. hoc tit.

Hæc actio soli æquitate naturali est introducta, quia graue est fidem fallere quam solo consensu, nudoque pacto custodiendam facta existimauit, l. 1. ff. eod. si námque stipulatio interuenirет, non ex constituto, sed iure ciuili ex stipulatu teneretur. §. de constituta in fin. inst. hoc tit.

Ego autem existimo stipulationem semper interuenisse, arg. §. si scriptum suprà desunt stip. ibi si scriptum. Si scriptum sit in instrumento promisisse aliquem, perinde habetur ac si interrogatione præcedente responsum sit; atque ideo in constituta semper inesse videbitur stipulatio, quasi præcedente interrogatione factum sit, adeò vt actio de constituta inutilis videretur si ex stipulatu agi possit. Constituere, & præsentes, & absentes possumus, sicut & pacisci, & per nuntium, & per epistolam, & per nosmetipsos, ac pro inuito quidem, l. qui autem. 14. §. constituere, & l. vtimur. 77. hoc tit.

De omnibus rebus mobilibus, & immobilibus

bus,& se mouentibus rebus,& aliis omnibus quæ in stipulationem deduci possunt, l.2. C. hoc tit.

Hoc autem tantùm constitui potest quod debitum est: l.2.C.hoc tit.ibi hoc tantummodo. debitum autem siue iure ciuili, siue honorario, siue etiam naturali debeatur, constitui potest, l.1.§.debitum, hoc tit.

Formulæ constituti sunt positæ in iure. In ll. eum qui §.Iulianus.& l. quoque,& l. Titius. & l. quidam.& l.qui autem,ff.eod.& auth.si quand.C.

Et actio datur hæredibus & in hæredes,& 30, annis extinguitur. l.2. C. d. tit. Libellus autem ita concipitur. *Comme m'estant debiteur vn tel par contract, ou autrement en la somme de. Vn tel s'est constitué, & promis me la payer; ie demande qu'il soit condamné au payement, auec despens, dommages & interests.*

§. ACTIONES AVTEM de peculio.

IVRE ciuili nec pater pro filio, nec dominus pro seruo conueniri poterat: sed Prætor æquitate sua conuenire posse statuit, quatenus est in peculio deducto quod patri aut domino debetur: nam non est verisimile dominum seruo concedere quòd sibi debetur. l.sed & si, §.præterea.ff.eod.

Peculium autem Tubero ſic definiuit, quod ſeruus domini permiſſu ſeparatim à rationibus dominicis, habet deducto inde ſi quid domino debetur. l.depoſiti,5.in fin.ff.eod.

Traditio autem deſideratur vt peculium ſit, aut vt apud ſeruum eſſet pro tradito habuit, deſiderat enim res naturalem traditionem, l. non ſtatim 18 ff. eod. ſed ſimulátque dominus, non vult deſinit eſſe peculium.

Hi autem poteſtatis verbum communiter accipiendum eſt tam in filio quàm in ſeruo. l. 1. §. poteſtatis. ff. eod.

Verba enim edicti comprehendunt patriam & dominicam poteſtatem his verbis. Quod cum eo qui in alterius poteſtate eſt negotium, geſtum erit, datur actio in patrē aut dominũ de peculio, aut quod iuſſu vel de in rē verſ. tit.C. quod cũ eo, &c. Peculij autē,id eſt,quòd filius vel ſeruus concedente patre,vel domino,quaſi proprium patrimonium à rationibus patris, vel domini ſeparatim habet,l.peculij,4.&l.peculium,39.ff.eod. volente patre,aut domino.

Hi igitur eatenus quatenus eſt in peculio conueniri poſſunt.

Cæterùm quamuis actio de peculio ceſſet, aut quia peculium eſſe deſiit, aut reuocatum eſt,ſine dolo

doto, eatenus tenentur qui eos in potestate habent, quatenus in rem eorum versum est, l.1. ff. de in rem vers. si modò causa res vtilis & necessaria fuerit, l. si res. 5. eod.

Tenentur etiam in solidum si quid eorum iussu erit. l.1. & seqq. ff. quod iussu, gestum. Iussum autem accipi siue testato, siue per epistolam, siue per nuntium, siue specialiter, siue generaliter iusserit: tunc enim videtur contractus initus cum patre, aut cum domino, de his proximo titulo.

Ratio autem illa mouit Prætorem, vt pater, & dominus conueniretur ex contractu filij aut serui de eorum peculio; quia concedendo peculium contraxisse videtur de voluntate patris domini; atque ideò etiam ignorantes & inuiti de peculio tenentur, non vltra quòd locum habet in peculio profectitio quòd à patre profectum est, non in aduentitio, nisi eiusdem pater filio liberam administrationem reliquisset: quia tunc eadem ratio esset in profectitio, ídque filio viuente: eo námq; mortuo post annum conueniri non poterat; l.1. ff. quamuis, de pecul. actio cùm sit. sed si pater incumbit possessioni peculij, siue profectitij, siue castrensis, aut quasi in solidum, tanquam hæres conueniri potest, & perpetuò. Iason. hoc §. num. 14.

Sed cùm diximus in ea actione deducendum quòd patri debetur, quærebatur an in eo standum, aut assertioni, aut libro rationis patris, & certum est eius assertioni non esse standum, l.non solùm.§.ideóque.Ias.hoc.§.num.33.

Iuuabitur etiam pater Conuentus, & filius exceptione Senatus-Consulti Macedoniani, si ex mutuo filio facto conueniatur: tot. tit.ff. & C.ad Maced. sed actor probare debet patrem aut dominum peculium possidere. Petr.de Bell. practic. hoc §.vers.qualiter libellus formetur, Ias.n.94.

Sed meo quidem iudicio cùm actio hæc non sit vsitata,nec in iudicio frequens, existimo si pater conueniatur ex contractu filij, eum esse tutum eo iuris proposito, ne pater pro filio: sed actor via replicationis docet patrem teneri, aut quia apud eum sit filij peculium, aut quod iussit, aut quòd in eius rem versum est, ne aliena iact ura locupletior fiat.

§. *ITEM SI QVIS postulante.*

ACTIO ex iureiurando à reo actori delato datur, nec quæritur an debitum sit, nécne; tanta vis iurisiurandi est quæ pro veritate habetur, & iusiuran

iusiurandum authoritatem rei iudicatæ obtinet. Atque ideò in factum actio vti ex iudicato datur; quod si iuratum est super mutuo, aut re vendita, aut alio quouis contractu, post iuramentum datur actio directa ex contractu. gloss. Iaso, & Sam. de Platea hoc §.

Iuramentum autem maximum remedium est expediendarum litium, & dirimendarum, l. 1. ff. de iureiur. & l. fi. §. antiqua, C. de iur. prop. cal. dand. cuius contempta religio satis Deum vltorem habet. l. 2. C. eod.

Est autem voluntarium, necessarium & iudiciale, in rub. ff d. tit. voluntarium est si reus iurauerit nemine eo iusiurandum deferente, néque id iuramentum. Prætor tuebitur, sibi enim iurauit, alioquin facillimum quisque ad iusiurandum decurrere, nemine sibi deferente oneribus actionum se liberabit. l. ait Prætor. ff. d. tit.

Necessarium dicitur quando inopia probationum per iudicem, causa cognita defertur, l. in bonæ fidei, C. eod. quod Pragmatici dicunt in supplementum probationis: sed non defertur, nisi ex bona & vehementi præsumptione, non ex leui. Ias. in l. admonendi, num. 92. ff. de iureiur, gl. in l. 3. §. si quis in verb. si leuior, ff. de muneribus. & gl. in l. non est verisimile, in verbo præsumptioni, ff. quod

à Paris, art. 6. par laquelle les parties sont reglées à respondre sur faicts pertinens par serment de verité.

Ce serment n'oblige que celuy qui le faict enuers sa partie, sinon qu'il soit faict in rem controuersiam, *car il profite en ce cas & aux condebiteurs fideiusseurs, & concreanciers:* Et in duobus, in prin. & §. 1. ff. d. tit. vbi gloss. quia pro solutione habetur, l. 1. §. si fideiussor iurauit. si quidem de sua persona tantùm iurauit, quasi non esse obligatum nihil reo proderit: si verò in rem iurauit, dabitur exceptio reo quoque.

Denique iuramentum hoc quod decisorium dicitur; quia per eum lis terminatur & deciditur; l. 1. ff. d. tit. vim transactionis habet, l. 2. eod. rei iudicatæ, l. 1. in prin. ff. quar. rer. act. dec. ibi iusiurandum. non immeritò, cùm ipse quis iudicem adaduersarium suum de causa sua faciat deferendo ei iusiurandum.

Forma iuramenti suprà sacrosanctis Euangeliis est in iure, l. generaliter, §. fin. C. d. tit.

De iuramento in litem quod datur in tutorem, & non exibentem quanti interest requirentis taxatione iudicis, tot. tit. de in litem iur. DD. in l. in actionibus, ff. de in lit. iur. soc. cons. 203. vol. 1. libellus concipitur ita.

Cùm agerem ex mutuo, vindicatione, societa-

te, aut depositi, cùm alia de causa iuramento mihi delato & iurato condemnatus Titius fuit, aduersus quem ratione in factum tam ex iuramento, quàm ex iudicato, ago vt soluat & satisfaciat iudicato, *& conclud au payement de la chose demandée & iugée: Que si le demandeur a deferé le serment au defendeur, qui ayt iuré ne deuoir rien*, tutus est exceptione rei iudicatæ: & solutionis, nouationis, transactionis, cùm res decisa sit iuramento, quod vicem obtinet eorum.

§. POENALES QVOQVE ACTIONES.

PRÆTOR reales quasdã & personales actiones, vti supra dictum est constituit, quasdam pœnales, vt hoc §. veluti de albo corrupto, & aduersus eos qui patrem vel patronum, non impetrata venia, in ius vocassent, & contra eos qui in ius vocatos vi exemit, aut dolo eius exemptus est, quibus addit gl. in verbo innumerabiles, aduersus calumniatores furti, manifestè serui corrupti, & aliæ in factum, vt de effusis & eiectis, & de appensis, & his qui dejecerunt vel effuderunt, l. si verò §. Prætor, quas pœnales actiones Prætor ex sua iurisdictione introduxit, hæ sunt annales reales & personales, sunt perpetuæ, & dantur in hæredes, pœnales autem nisi post litem contestatam, aut inquantum ad eos peruenit. Notantur tria alba

Prætoris

Prætoris. Primum, de quo maximè hîc agitur, quod edicta sua continet: secundum, citationes: tertium, nomina decurionum, de huiusmodi actionibus suis locis dicemus: sed hoc notatu dignum, quod hoc §. Iason ait præscriptionem per citationem interrumpi: sed actionem non prorogat: vnde cùm esset interrupta præscriptio, non potest ampliùs procedere, nisi præscriptitio interrupta de nouo inchoëtur. Et tunc erit denuo necessarius totus ille cursus tēporis, qui primò requirebatur: sed perpetuatio actionis in annos non fit; nisi per litis contestationem. l. fin. Cod. de præscript. 30. vel 40. ann. *Mais l'Ordonnance de Rossillon a voulu, que si apres la contestation le procez a cessé l'espace de trois ans, la contestation n'empesche le cours de la prescription auparauant commencée, le semblable se peut dire de la prescription de deux mois donnée par le droict,* l. final. Cod. de iur. emphyt. *au Seigneur direct, pour retenir par droict de prelation la chose emphiteotique venduë, si apres auoir esté aduerty, & auant les deux mois il demande, & apres sans contestation il laisse couler autres deux mois sans poursuiure; de mesmes de l'an & iour dōné pour la retention par la coustume de Bourgoigne.* Chass. *au tiltre des censes,* §. 4. in verbo *sera denoncé*, & in tit. *dans l'an & iour,* §. 1.

§. *PRÆIVDICIALES.*

ACTIONES præiudiciales sic dictæ à Cuiacio, quia impediunt, siue morantur futurum iudicium de alimentis, vel de criminibus, aut bonis, vel aliud quodlibet iudicium. Et præiudicium denique aliis iudiciis faciunt, non etiam patiuntur, hi casus notantur in iure, ll. & tot. tit. C. de ord. cog. pendente lite, super statu non potest seruus de crimine agere, l. 1. de libertate priusquam de hæreditate, l. 2. si cùm dubitatur de statu, antequam pro delicto pœna infligatur, quæstio status prius decidenda, quia aliter puniuntur serui, aliter liberi: l. 3. 4. & 5. vti etiam is qui quæstionem status patitur debitum exigere, non potest nisi quæstione finita: quòd si possessor vnus alter petitorij moueat quæstionem, prius de possessione dicendum, quod est in seruitute & libertate propositum; l. fi. tit. C. de ordn. cogn. ídque ordine iudiciorum Doctores dicũt præiudiciales tribus modis dici. Primò, quando plures actiones se contingentes, ita vt sententia, lata in vna facit præiudicium alteri, & parit exceptionem rei iudicatæ. Præiudicant enim aliis quæstionibus se inuicem coniungentibus, l. fundum. & l. fundi, ff. de except. Secundò, dicuntur præiudiciales ratione maioritatis,

tatis, l.per minorem,54.ff.de iudiciis. major enim quęstio majorem causam ad se trahit,cuius exempla notantur in gloss.hîc: & l.520.de integ.restit. In eodem contractu pluribus rebus venditis, minor in vna minima læsus,in majoribus non,ne ex eo quod minus est maiori fiat præiudicium contra, vt ait gloss. si essent contractus separati,tunc enim minor læsus auditur. Tertiò,dicuntur præiudiciales quæ de statu monentur vt hîc. & titul. de ordin.cog.

Sequitur etiam id quòd iudicium latum in causa status valeat quod omnes, l. ingenuum, ff. de stat. hom. quod in nobilitate locum habet, in pedagio in quo sententia lata contra vnum ex mercatoribus, valent contra omnes, G.P. q. 44. *& c'est ce que nous appellons des preiugez.*

Nous auons aussi ceux que nous appellons preallables, & non preiudiciables, comme sont, quæstiones de possessione, de quibus prius quam de proprietate cognoscendū,l.ordinarij iuris, C.de rei vind. l. si de vi 37. ff. de iudic. & si vis est priùs de vi quam de domino cognoscendum, l.qui cœtu.5.§. si de vi, ff.ad l.Iul.de vi pub. & priùs pronuntiare debet vter possideat: l.exitus 35.ff.de acq.poss,nec prohibetur intētare possessorium qui priùs egeat rei vindicatione:non enim videtur possessioni re-

nuntiasse qui rem vindicauit prius, l. naturaliter 12. §. nihil commune, ff. de acq. poss. & l. si quis 3. C. finium regund. ibi priùs, l. & incerti 3. C. interd. Possessionis enim decidi oportere quæstionem, qua finita de dominio & proprietate agi potest; pleraque alia hîc in glossa notantur, quæ præcedere, & quæ subsequi debent, vt finito vno, aliud cesset, aut incipiat iudicium. Quòd autem dictum est de statu liberorum ingenuorum, aut libertorum & seruorum, idem dicendum in Abbate vindicante Monachum, in Episcopo vindicante Clericum, in marito vindicante vxorem, vel sponsam, in ciuitate vindicante ciuem suum; de domino aduersus vassallum qui vendicari, & à nullò, aut inuiti detinentur actione præiudiciali, aut vindicantur; de quibus Baptista de sancto Blasio, in tract. de act. rer. 1. act. 15. vol. 5. tract. dd. vt priùs de statu iudicium detur, quia præiudicialis actio est.

§. *SIC ITAQVE discretis.*

Actio, realis ad rem personalis, vti dictum est, in personam datur, nec quisquam personali agit ad rem nisi pro furto; quia nemo agere potest rem

rem suam sibi dari, dare namque est dominium transferre: sed qui dominus est ampliùs esse non potest; dominium enim non potest nisi ex vna causa contingere: possidere autem ex pluribus causis possumus, l.possidere 3. §. ex pluribus.ff.de acq. poss. gloss. tum in verb. nec enim, sicut ait, ex causa pluribus concurrentibus dominium quæri non ex causis separatis.

§. *APPELLAMVS.*

In rem actiones vindicationes dicuntur, siue rerum corporalium, ff. de rei vindic. siue incorporalium, ff.de vsufr. pet. & si seruit. vind. ff. de publ. & si agere velit quib. detur actio rerum Ecclesiæ: ait Aretinus in §. fin. sequens illa diuisio. in princ. an rectori aut Episcopus, aut etiam alienanti.

In personam verò actiones quibus aut facere, aut dare intenditur conditiones commodati, depositi & similes dantur, non tam ad dandum quàm ad reddendum, seu restituendum, l.3. §.si credita,ff.commodati.& non videtur reddita quę deterior redditur,& agitur ad id quod interest.

Condictiones dicebantur à denuntiãdo, quod priùs denuntiare quam agere solebant; sed subla-

ta est

tá est hæc solemnitas. In hoc tamen prodest vt si denuntiatio fiat, nec debito satisfaciat, in ius vocatur, ad expensas tenetur, quia per interpellationem extra iudicialem constituebatur in mora, vti ait Ias. hîc. *Mais par les Ordonnances, il faut que l'interpellation soit iudicielle.* vt quis in mora cõstituatur, *mesmes pour auoir les interests : quant aux depens, l'extraiudicielle suffiroit : que s'il n'y en a point, & au premier commandement iudiciel il offre, il sauue les despens.*

§. SEQVENS ILLA DIVISIO.

QVÆDAM actiones rei persequendæ, quædam mixtæ sunt, rei persequendæ causa comparatæ, sunt omnes in rem actiones. Personales etiam quæ ex contractu nascuntur, ferè omnes rei persequendæ causa comparatæ videntur, veluti ex mutuo locato conducto, vendito, deposito mandato pro socio: sed in deposito si solus depositarij, aut eius hæredis arguitur, in duplum datur, & est actio in hoc casu mixta.

1 Libellus ex mutuo concipitur sic, *Disant qu'il a presté, & deliuré à cause de prest reallement faict à vn tel, & par luy receu la somme de dix escus. Ie concluds à ce qu'il soit condamné à le rendre & restituer, auec despens*

à ce qu'il ſoit condamné à le rendre & restituer, auec deſpens dommages & intereſts.

Ex locato & conducto libellus.

Vn tel m'a loüé vne telle maiſon pour trois ans, au prix vne chacune année de cinquante eſcus, ie demande qu'il ayt à me vuider ladicte maiſon, & bailler les clefs, & m'en faire ioüyr, auec deſpens, dommages & intereſts.

Le locateur dira, i'ay loüé vne telle maiſon à vn tel, pour le prix de tant, payable à telles payes. Ce qu'il n'a faict, quoy qu'il ioüyſſe de la maiſon. Ie demande qu'il ſoit condamné à payer le prix & loüage, eſcheu, & à continuer aux payes commancées, auec deſpens, dommages & intereſts.

Le terme finy, le locateur doit conclurre à la vuidange & payement du loüage, s'il n'a eſté payé, & en ce cas le conducteur ne peut referre quæſtionem dominji, *il faut qu'il vuide.* l. ſi quis conductionis. tit. ff. loc.

Libellus in venditione, *Ie dis que i'ay vendu à vn tel, vne telle piece, pour le prix de tant, il en ioüyt & n'a payé le prix, ie concluds au payement auec deſpens, dommages & intereſts.*

L'achepteur dira, i'ay achepté vne telle piece pour le prix de d'vn tel, i'ay payé le prix, & neantmoins il ne m'a trāſporté ladicte piece, ie cōcluds qu'il ayt à me

la vuider & m'en faire iouyr auec despens, dommages & interests.

Que s'il n'auoit payé le prix en tout & par tout, le vendeur auroit droict de differer.

Libellus in mandato. *Ie dis que i'ay donné charge à vn tel, qui l'a accepté de m'acheter vne telle chose luy ayant baillé l'argent, & neantmoins il ne m'a deliuré ce qu'il a acheté; Ie conclu qu'il ait à me la deliurer, que s'il ne luy auoit baillé l'argent, & qu'il eut acheté du sien, il faut offrir en iugement de rendre l'argent à bourse ouuerte sur la banche, sans faire autre consignation, mesmes* in iudicio vti ait hîc Aretinus, l. si rem. §.fin. ff. de pig.act.

Le mandataire a aussi contrariam mandati actionem, *pour estre payé de ce qu'il aura fourny en vertu du mandat.*

Libellus in actione pro socio formatur ex diuersis causis, ex quibus inita est societas, vt obseruetur, aut finita vt dissoluatur, & rationes ineãtur, & reliqua hinc inde præstentur & diuidantur.

Libellus in deposito sic formatur: *I'ay remis en garde à vn tel telle & telle chose, qu'il a receuë: ie demande qu'il la rende, & s'il nie, & qu'il apparoisse qu'il l'a receuë,* Idque *depositée* metu incendij, ruinæ, aut tumultus, *il faudra conclurre* in duplum: *Les deposts sont frequens & ordinaires deuers les hostes,*

nautæ,

nautæ, caupones & ſtabularios, de quo diximus, tit. depoſiti, & actio datur & contra depoſitarium, & contra eius hæredem.

§. EX MALEFICIIS VERO.

ACTIONES quæ pro maleficiis dantur, aut pœnæ perſequendæ cauſa comparatæ ſunt, aut tam pœnæ quam rei, ideò mixtæ dicuntur.

Veluti qui actione furti manifeſti agit, in quadruplum, ſiue non manifeſti in duplum, de ſola pœna agitur; quia rem tanquam ſuam propria actione perſequitur, ſiue fur eam, ſiue alius quilibet poſſideat, nempe aduerſus furem, & vindicatione & condictione.

Actio autem vi bonorum raptorum mixta eſt, quia in quadruplo rei perſequutio cõtinetur, pœna autem tripli eſt. Legis item Aquiliæ actio mixta eſt ſi pro iniuria agatur aduerſus negantem in duplum: ſed interdum etſi in ſimplum agatur, veluti cùm fit condemnatio quantum res valuit in eo anno quo damnum datum eſt.

Mixta actio quæ datur contra eos qui relicta Sacro-ſanctis Eccleſiis, vel aliis venerabilibus locis, legati, vel fideicommiſſi nomine dare diſtulerint fraudulenter, vel ſine iuſta cauſa, vt ait

gl. vt passi sint se in iudicium vocari, tunc enim & ipsam rem vel pecuniam quæ relicta est dare compelluntur, & aliud tantùm pro pœna, & in duplum fit eius condemnatio in aliis legatis, vel fideicommissis non præstatur duplum; sed vsuræ currunt ex mora, vel saltem post contestationem litis,& fructus rerum restituuntur, l.1.C. de fruct. & vsur.leg.& fid. Denique omnes actionesquibus & res, & aliquid pro pœna petitur mixtæ sunt.

Libellus in actione furti manifesti & non manifesti. *Le demandeur proposera vne telle chose luy appartenir, laquelle luy a esté desrobée ouuertement par vn tel, conclurra à la restitution, & au quadruple, & en l'autre cas, à la restitution & au double pour la peyne: Car* hîc gloss. ait pœnam vltra rei persequutionem deberi, *combien que cy dessus il est dict* in eo quod agitur pro Ecclesia, & venerabilibus locis, vel pecuniam ei tantùm pro pœna; & ideò in duplum, *auquel double est la chose comprinse par le texte. Aussi la mesme chose* in actione vi bonorum raptorum comprehendit in quadruplo rem ipsam, & in furto manifesto quadruplum est pœnam.

Libellus actionis vi bonorum raptorum. *Comme tel par force & violence m'a enleué vne telle chose, ie requiers qu'il soit condamné au quadruple de ladicte chose, icelle comprinse.*

Legis

Legis Aquiliæ libellus.

Cõme tel sans cause a tué mon cheual & mon betail, ie demande qu'il soit condamné à l'estimation, & autant pour la peyne, quæ accedit loco eius quod interest non esse occisum.

Et pource que telles actiõs se peuuent intẽter & ciuilement, & criminellement seroit plus asseuré de cõmencer par la criminalité, en baillant requeste au Iuge, narrer le faict, & demander cõmissiõ pour informer, pour l'information rapportée, estre pourueu. Le iuge decernera adiournement personel, ou prinse de corps selon l'atrocité du faict, & fera respondre l'accusé par sa bouche : s'il nie, les tesmoings seront recollez, & confrontez, pour apres venir à la condemnationou au reglement de faicts iustificatifs, ou à l'ordinaire.

§. *QVÆDAM ACTIONES.*

SVNT aliæ actiones, quæ mixtam causam obtinere videntur, tam in rem quàm in personam. Quales sunt familiæ erciscundæ, quæ cohæredibus dantur pro diuidenda hæreditate. Item communi diuidundo, vt id ad quod commune est diuidatur. Item finium regundorum actio, quæ inter eos agitur qui confines agros habent.

In quibus iudiciis permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo ad iu-

care, & si vnius pars prægrauetur, eum inuicem certa pecunia alteri condemnare, infrà de off. iud. §. penult. & fin.

Oriuntur autem, & in rem & in personam; quia in personam cohæredis socij, aut vicini dantur pro re diuidunda, aut finibus regunda.

§. OMNES AVTEM actiones.

OMNES actiones vel in simplum concertæ sunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum, vlterius autem nulla actio extenditur. Quibus autem modis ratione eius quod interest quãdoque quadruplum excedant, notant eleganter hîc gloss. casus in quo ea quæstio iuris occurrit, ex l. vnic. C. de sent. quę pro eo quod interest profer, ne duplũ excedant, & rebus quæ certã quantitatem habent veluti in venditionibus, locationibus, & similibus contractibus. *Et au Parlement de Prouence, au iugement des interests ils n'excedent le double : mais* quando incertum est quòd petitur, siue certa quantitate iudices pro sua religione, id quod verè est in damno adiudicare debent; sed hoc §. agitur de pœna, non de eo quòd interest, vt notat hîc gloss. vers. Est enim hîc, §. intelli

intelligendus, quando actio est pœnalis. In his autem actionibus rem ipsam contineri, vti iam dictum est suprà. in §. ex maleficiis.

Exempla actionis quæ datur in simplum ponit ex stipulatu, mutuo, vendito, locato, conducto, mandato, & aliis quam plurimis causis.

In duplum veluti furti manifesti damni iniuriæ ex lege Aquilia depositi, ex quibusdam causis quando tumultus incendij, ruinæ, aut naufragij causa depositum est, vt sup. §. sequitur quando depositarius est in dolo. Item serui corrupti quæ datur aduersus eum, cuius hortatu consiliòve seruus alienus fugerit, aut contumax aduersus dominum factus est, aut luxuriosè viuere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit, & si quid fugiendo abstulerit, æstimatio deducitur, idem in filiofamilias, l. vt tantùm. §. de filio. ff. de seru. corrup. vbi actio vtilis patri datur directa domino. Habet etiam pater actionem, ex l. Fab. de plagiariis, in l. 1. & fin. aduersus eos qui abducunt fugam, persuadent, & fugitiuos celant, vti ait Cuiacius, quos Lauerinos vocat, & antiqui ex festo Pompeij Lauerniones fures nominabat, quod essent sub tutela Deæ Lauernæ, in cuius luco obscuro & abdito prædat, & furta latebant, & diuidebant: sed hi in metallum damnabantur.

Item

Item legato venerabilibus locis relicto, vti iam dictum est.

Quibus competant actiones supra diximus.

§. TRIPLI VERO.

Hîc de pluris petitione quæ dolo fiebat, vt exequutores maiores sportulas haberent, de quarum taxatione nihil per DD. hîc, aliquid videtur in l. omnes qui, §. exequutoribus. C. de Episc. & cler. quod à clericis exequutores exigere possent: sed pro qua summa petita solui debeant non constat, hîc videatur Iason, qui de salariis Doctorum, Procuratorum, Iudicum, Medicorum quibus cum nihil nisi post sanitatem Medicis, aliis post rem iudicatam dabatur, quod non est in vsu; & hic de sportulis tractatur, quæ à parte præstantur pendente iudicio. vt tit. C. de sport. sed fructus & litis expensæ quæ præstantur à victo victori post iudicium, titul. de fruct. & lit. expen. & hæc appellatio sportularum latè patet, & ad hæc salaria, & honoraria quæ dantur Doctoribus, l. 3. C. de postul. & l. sanciamus. C. de iud. quandoque in fraudem vsurarum aliquid nomine sportularum à creditoribus retinebatur: l. eos in fin. C. de vsur. sed quod de honorario Doctorum diximus

mûs, id maximè propter nostræ ætatis gloriam qua fulgent & decorantur patroni, qui in caussis forensibus agendis & disceptandis versantur, qui honoris magis quàm stipendij & salarij accipere solent, non expectata iudicis taxatione, quæ lege facta non est, ne videatur si contra faxint operarum conductio.

§. QVADRVPLI.

AGITVR quadrupli aduersus furem propter furtum manifestum, & de eo quòd metus causa, & eius quod datum est maleficij, aut calumniæ causa vt fiat, aut ne fiat.

Et agi potest ita. *Ie propose qu'vn tel a pris dix escus d'vn tel pour me trauailler & calomnier : ie concluds à ce qu'il soit condamné à me payer dix escus, & trente escus pour la peyne. De mesme si i'ay baillé dix escus à vn tel, afin qu'il ne me troublast ou trauaillast ou calomniast, ie repete dix escus, & trente pour la peyne*; quia vti diximus in quadruplo summa pœnalis inest, & hæc actio conuenit condictioni ob turpem causam.

Datur etiam in quadruplum actio aduersus exequutores, qui contra constitutionis normam à reis aliquid exigunt, de qua constitutione, vt ait

gloss. non constat. *Mais cecy se peut accommoder contre ceux qui exigent quelque chose, ou contre le taux des Ordonnances Royaux, ou contre le taux de la Cour, ou des Iuges*, vt quid plus exegerint, cum eius triplo restituant.

§. *SED FVRTI.*

Diximus à furto non manifesto, depositi damni ex iniuria, serui corrupti actionem dari in duplum: sed l. Aquiliæ depositi in confitentem in simplum dantur, veluti vt ea quæ de relictis venerabilibus locis diximus, si antequam iussit magistratus conueniantur soluere, in simplum tenentur.

§. *ILLA ACTIO DE EO quod metus causa.*

HÆC actio à cæteris quæ in quadruplum dantur, differt, vt si iussu Iudicis qui metum intulit rem actori restituat absoluatur, & actio intra annum in quadruplum datur, post annum in simplum.

Libellus hîc est qui datur & contra metum inferentem, & contra possessorem. *Ie dis qu'vn tel tient vne piece, laquelle m'a esté enleuée par vne iuste crainte de menaces qu'il m'a faictes, & forcé par icelles,*

icelles, craignant qu'il ne les eut mis à effect, & demande qu'il ayt à me la rendre. Que s'il ne la rend apres qu'il aura esté condamné, il faudra requerir qu'il soit condamné à la restitution, & au triple de la valeur d'icelle.

§. ACTIONVM AVTEM.

Hæc alia actionum diuisio quæ aut sunt bonę fidei, aut stricti iuris. Bonæ fidei hîc enumerantur ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestorũ, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ ercisc undæ, communi diuidundo, præscriptis verbis quando æstimatio proponitur, & ea quæ ex permutatione cõpetit, vt hæreditatis petitio ex constitutione Iustiniani, l. fin. in fin. C. de petit. hæred. ibi illo. Illo ne in posterum dubitetur obseruando vt ipsa hæreditatis petitio omnimodo bonę fidei iudiciis cõmuneretur, cæteræ hîc non enumeratæ, ex Accursio stricti iuris sunt; actio quæ de æstimato datur vt rem quam dedi æstimatam tibi vt reddas, aut pretium & periculum propter æstimationem trãsit in accipientem, l. 1. & 2. ff. de æstim. & act. & datur hæc, quia dubium erat an venditio, aut locatio aut mandatum esset, ac proinde in dubio

data actio hæc æstimatoria præscriptis verbis quæ bonæ fidei est.

§. FVERAT.

Rei vxoriæ actio quæ bonæ fidei erat translata, in actionem ex stipulatu à Iustiniano, vt etiam bonę fidei sit cum eiusdem priuilegiis, hypothecis tacitis, & prælationibus, quæ actionem rei vxorię comitabantur. Quòd autem dicit mulierem præferri in hypotheca cæteris creditoribus, intelligit de iis qui tacitam tantùm habent hypothecam; sed de prælatione is prior est in expressa qui prior est tempore, quod latissimè gloss. exponit, ad l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. & hæc trāsit ad hęredes muliere mortua in matrimonio, l. 1. §. illud proculdubio. C. de rei vxor act. siue tacita, siue expressa sit hypotheca.

Quid nuptiæ quomodo & iustè contrahantur, qui denique filij quos iustæ nuptiæ demonstrant, suprà tit. de nuptiis diximus.

De definitione matrimonij diximus dict. tit. de nuptiis. Est enim maris & fœminæ secundùm præcepta legum coniunctio, alioqui nec nuptiæ, nec matrimonium iustum esse potest. *Nous adioustons auiourd'huy l'Ordonnance de Bloys, & le Concile*

cile

cile de Trente, qui donnent la forme contrahendarum nuptiarum, ſine qua matrimonium eſſe non poteſt. Matrimonium à matre appellatur, matrem autem accipere debemus, non eam quæ peperit, ſed cum ſpe pariundi in matrimonium conuenit, quam matronam appellari Gellius ſcribit, lib. 18. & ex Feſto, materfamilias dicitur; cuius rei paterfamilias eſt, & in vna domo vnam eſſe matremfamilias, & vti paterfamilias dominus familiæ, ita materfamilias domina, & eadem ratione filiuſfamilias, quia poſt patrem dominus familiæ eſt, l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. vbi quia viuo patre quodammodo domini, id quod vetus illud ſignificabat, vti tu cuius, ego cuias cuius meminit Gellius lib. 10. Huiuſmodi vxores in manibus viri conueniebant, & iuſtè vxores vocabantur, & matrimonia hæc legitima vti ſunt, eáque contrahuntur ſecundùm ſtatuta Concilij & ſtatuti *de Blois*. Earum verò vxorum quæ in manus dare non conuenerant, & quæ forma ſtatutorum prædictorum matrimonium non contraxerant, matrimonia legitima dici non poſſunt; quia ſcilicet ſolemnitatem non deſiderarent, ſed duntaxat vſum & conſuetudinem harum vxorum, de quibus meminit Iureconſ.

in l.in liberæ mulieris, ff. de ritu nuptiar. ibi in liberæ mulieris. In liberæ mulieris consuetudine, non concubinatus, sed nuptiæ: sed iure Canonico nuptiæ esse non possunt, multò minus iure nostro Ciuili per statuta & sacra decreta, & sunt eiusmodi de quibus Cic. in Topic. ait vsu haberi, & hodie ex Iustiniano dicuntur conueniri in matrimonium, non in manum; quia ea solemnitas sublata est: & dicimus ex Triboniano in matrimonium conuenire; & hæ matresfamilias, aliæ ex Cicerone vxores dicuntur, cap. à genere in Topic.

Quamobrem à matre potiùs quàm à viro matrimonium appelletur quærendum non arbitror.

Et quia actio dotis non nisi soluto matrimonio, & eo constante marito vergente ad inopiam datur, videndum quid dos & quotuplicia dotum genera, denique quibus, & in quos actiones vxoriæ, siue ex stipulatu pro dote exigenda, aut repetenda competat.

Dos dicitur omnis pecunia quæ datur viro matrimonij causa, nec sine matrimonio esse potest, & eo animo datur vt perueniat penes maritum: l. 1. ff. de iur. dot. Nec referri ad ea matrimonia quæ consistere non possunt cum ea sine matrimonio, non intelligatur dotis appellatio. ff. de iur. dot. Itaque quamuis dos promissa sit, si tamen nuptiæ

nuptiæ non ſint ſubſequutæ,agi ex ſtipulatu non poterit; magis enim res quam verba ſunt conſideranda. l.promittendo. ff.de iur.dot.

Ex hac autem definitione liquidò conſtat dotem mariti fieri, nempè ſi pondere, numero, aut menſura conſtent res quæ in dotem dantur: In hoc dari vt eas maritus pro arbitrio diſtrahat, & ſunt eius periculo:ſoluto enim matrimonio, non eaſdem, ſed alias eiuſdem generis & qualitatis reſtituet,aut hæres eius. ff.de iur.dot.

Secus autem ſi res immobiles ſunt in dotem datæ,nec æſtimatæ,quamuis enim legum ſubtilitate dominium tranſeat in maritum: tamen alienare non poteſt.l.Iul.de fund.dot.non al.ſuprà tit. quib.alien.lic.vel non.Iure enim naturali remanet vxor domina,& quę ab initio vxoris fuerunt eius remanent. l.in rebus.C.de iur.dot. Quod ſi æſtimatæ ſunt, dominium maritus conſequitur, & tanquam pretij debitor efficitur. Ita quæ ſi non conuenit vt ſoluto matrimonio res ipſæ æſtimatæ reſtituerentur, poterit eas retinere maritus, ſi modò reſtituat pretium, l.quoties.C.de iur.dot.& l. plerumque. ff. eod. niſi conſtet æſtimationem non eſſe factum in vtilitatem viri, & eo animo & deſtinatione, vt vel acquiratur ei, vt Iaſon teſtatur, qui limitat, l. plerunque, vt dictum eſt: non

enim

tio venditionem facit: *& quelques vns ne font l'estimation que pour liquider sa somme de l'augment, & non pour l'acquerir au mary.*

Quòd autem dicimus maritum fundi dotalis esse dominum, ex eo colligitur quòd ei proculdubio constante matrimonio in eo vindicando actio datur. leg. doce ancillam, Codic. de rei cond. interest plerunque viri res non esse æstimatas, ne periculum earum ad eum pertineat: quoties enim res siue mobiles, siue immobiles inæstimatæ in dotem dantur, vt meliores & deteriores mulieri fiunt: d.l. plerumqte. sed soluto matrimonio mobiles quę numero, pondere, aut mensura constant, restituit, vt dictum est, eiusdem qualitatis & quantitatis.

Dotes autem aut profectitiæ sunt, aut aduentitiæ profectitia enim est, quæ à patre, auo, aut proauo paterno proficiscitur, aut eius facto & contemplatione, & iuris beneficio: non autem materno, l. profectitia, ff. de iur. dot. l. sed si plures, §. in arrogato, vers. si quid. si quid beneficio arrogatoris acquisiuit, veluti si amicus, vel cognatus arrogatoris ei aliquid reliquit. ff. de vulg. subst. DD. ad l. profectitia.

Aduentitia dicitur quæ aliunde proficiscitur quam à patre, & ascendentibus virilis sexus, siue

ab

ab extraneo, siue à parente fœminini sexus, siue ab ipsa muliere quæ nubit, constituantur.

Porrò dotes quædam æstimatę dabantur, quædam inæstimatæ.

Res quæ non æstimabantur, dotales appellabantur: quia in totum à muliere non recedebant, quamuis maritus earum dominus esset, & ita fundus dotalis accipitur: Iul. Iulia de fundo dotal. propterea à muliere in totum non recedebat; quia soluto matrimonio easdem res mulieri maritus restituebat, & aduersus non restituentem dolo malo, deferebatur mulieri iusiurandum in dotem. l. si filiofam. §. maritum, ff. sol. matrim.

Res autem æstimatæ in dotem in totum abibant à muliere, & earum pleno iure dominium maritus consequebatur, nec res, sed rerum ęstimationem restituebat, quapropter dotales non dicebantur; itaque earum periculum ad maritum, non ad vxorem pertinebat, l. vnic. §. cumque ibi æstimatarum. Æstimatarũ enim rerum maritus quasi emptor, & commodum sentiat, & dispendium subeat, & periculum expectet.

Omnes autem dotes aut dabantur, aut promittebantur dare dotem pro muliere omnes poterant, promittere omnes poterant, dicere dotem & mulier poterat, & parens eius, aut eiusdem mu-

lieris debitor, & ea dotis dictione tenebantur non secus, atque si stipulanti marito promisissent; Nascebaturque ex ea dotis dictione dotis condictio, non secus atque ex stipulatu certa nascitur. Bart. in tit. de oblig. lib. 2. Iust. Certis autem verbis dotes dicebantur, quæ verborum solemnitas sublata est ab Imperatore, qua constitutione ex qualibet pollicitatione dotis quibuscunque verbis facta, & à quacunque persona nascitur dotis condictio, quia hodie stipulatio semper fingitur interuenisse ex Iustin. constit. de rei vxor. act.

Datur autem actio de dote ex stipulatu marito, constante matrimonio aduersus eos à quibus dos est constituta, aut eorum hæredes, & deinde hypothecaria aduersus bonorum possessorem, quia dotis tanquam dominus actionem habet, vti diximus, ex l. doce ancillam. aut etiam quia sibi stipulatus est solui.

Datur etiam mulieri constante matrimonio marito vergente ad inopiam soluto autem matrimonio dotes repetebantur ab extraneis si sibi reddi erant stipulati. l. vnic. §. accedit Cod. de rei vx. act. Contra stipulati non sunt, quia non habent tacitam hypothecam; sed magis donasse mulieri quàm sibi aliquod ius seruasse extraneus non stipulando, videatur & ipsa mulier sibi tacitam stipulationem fecisse.

Paren

Parentes qui pro filiabus dotes dederãt etiam emancipatis ipsis in matrimonio mortuis, dotes repetebant, l. iure succursum. ff. de iur. dot. l. filiæ meæ emancipatæ ff. sol. matr. l. si filiæ emancipatæ de diuort. dos à patre C. solut. matr. quibus ex locis liquet dictionem illam filiofamilias additam esse ab interprete imperito: nam & pro emancipatis dictæ dotes ad parentes à quibus profectæ fuerant reuertebantur mortuis, constante matrimonio filiabus, & pro liberis certæ portiones relinquebantur. Vulp. lib. 7. de dotib. §. 2. in quo cum parentibus scribat iurisconsultus, iure potestatis id non fieri significat: nam si potestatis ius patri sufficit ad dotem quam pro filia dedit recuperandam, auxilio ei nullo opus fuit, iure quidem destitutis opus fuit auxilij. Tum verò cùm in bonis filiæ morientis dos non fuerit: sed in bonis non viri, vti iam dictum est, in potestatis patri prodesse non poterat ad dotem recuperandam: necesse igitur fuit lege, vel Senatusconsulto parentibus succurri, ne vt filias & earum dotes simul amitterent.

In profectitia habet actionem ex stipulatu mulier, etiamsi stipulatio non sit soluto matrimonio dotem sibi reddi; neque necessarium est mulieri pactum pro dote repetenda, habet enim

actionem de dote.

Parenti ex ſtipulatu competit quando eſt ſtipulatus dotem ſibi reddi; ſed ſi ſtipulatus non ſit, repetebat dotem adiuncta filiæ perſona: l.2.ff.ſol. matr. ídque ideò quia ita dos patri reſtituebatur, vt eam filiæ conſeruare teneretur,ac proinde non ſolùm adiuncta filiæ perſona; ſed etiam de conſenſu filiæ,aut ea non-contradicente. l.2. §. voluntate ff. ſol.matr.

Mortuis autem extra matrimonium mulieribus, tunc demum agebant de dote hæredes, cùm mariti in dotibus reſtituendis moram fecerant; teſte Vlp. d.tit.7. de dot. §. 14. quod à Iuſtiniano correctum eſt:in d.l.vnic.§.maneat de rei vx. act. maneat ex ſtipulatu actionis,nil ad ſucceſſores,& ſine mora.

Tranſmiſſionis incorruptum:ſic enim is locus ex ſententia Domini Goueani præceptoris mei intelligendus eſt,nec mirum cum enim hæc actio, vt ait hic Imperator, ſit bonæ fidei, ad hæredes mulieris tranſit, vti aliæ bonæ fidei actiones ad hæredes tranſeunt. Extranei in ſolidum agebāt & in ſolidum conueniebantur: l. ſi de dote promiſſa 84. ff.de iur. dot. nullam ſiquidem maritus mulierum pro quibus dotes dederant reuerentiam debebant. Neque illis vlla à maritis reuerentia

tia debebatur, soceri & vxores cum ex stipulatu agebant, in solidum agebant: sed actione rei vxoriæ inquantum maritus facere poterat. d. l. vnic. §. cùm autem.

Hæres autem mariti si ab vxore conueniebatur, & à patre mulieris in solidum, l. maritum iunct. l. seq. & l. rei iudicatæ, §. hæredi, ff. solut. matrim. ídque ideò quia mariti priuilegium personale est, ac maritorum personis tribuebatur, nisi fiscus ex eodem matrimonio, & mariti hæres sit. l. etiam d. tit. hîc enim à matre in solidum non conueniebatur, nec valet conuentio vt maritus in solidum conueniatur; quia contra bonos mores id pactum esset, id est, contra receptam reuerentiam quæ maritis debita est. l. alia causa, §. eleganter, ff. solut. matr.

Dotes quæ numero, aut pondere, aut mensura constant, annua die ex constitutione Iustiniani restituuntur. §. cùm autem, d. l. vnic. de rei vxor. act. Eam autem dilationem lex marito dederat ad huiusmodi dotium restitutionem, quia non facilè marito sit dotes consumptas soluto matrimonio statim restituere, quæ ratio cessat in reliquis dotibus.

Neque poterat paci sci mulier vt die certa sibi dos restitueretur, quia dotis conditionem facere

non poterat deteriorem, l. Attilianus de pact. dot.

Quibus autem Iustinianus sua constitutione ad dotem exigendam, vel repetendam actionem ex stipulatu dedit, eisdem pro dote vel exigenda, vel repetẽda concessit, tacitas hypothecas in bonis eorum qui dotes constituerunt, vel promiserunt, siue dos aduentitia, siue profectitia sit, neque interest quantum actionem hypothecariam de qua re conuenerit, siue mobili siue immobili tradatur creditori, vel conuenerit inter debitorem & creditorem, vt sit pro debito obligata: vtraque res hac hypothecaria peti potest. §. item Seruiana, vers. inter pignus suprà h. tit. & l. res hypothecæ, §. inter pignus. ff. de pig. & quæ differentia sit inter pignus & hypothecam suprà diximus.

Ex his constat hypothecam accessorium esse obligationis, & consequens naturam sui principalis consequi. Et quemadmodum in actione de dote mulier cæteris creditoribus præferebatur, ita cum in ea actionem ex stipulatu translata sit, eodem iure censeri debet: vtraque enim bonæ fidei est, & eadem ratione etiam creditoribus aliis præferenda, l. assiduis de qui potior. in pigno. ne suis dotibus præferantur. Nec obstat quod dicitur, in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. mulierem posse

pro

pro dote sua res mariti vindicare, vel à creditoribus posterioribus, vel ab aliis qui non potiora iura legibus habere noscuntur: nam lex assiduis quæ est Iustiniani, C. pot. in pign. habe. loquitur generaliter mulierem in hypotheca potiora iura contra omnes mariti creditores habere, licet inquit temporis priuilegio sint vallati; præterea lex vbi adhuc lata erat, ante legem vnicam de rei vx. act. nec tunc data erat tacita hypotheca mulieri, & lex assiduis intelligitur lata post legem vnicam, in qua posteriore lex assiduis facta est extensior ampliatio legum præcedentium.

Toutesfois il a esté iugé au contraire en la decision de Thoulouze 217. Anfrerius notat, si mulier & creditor mariti habent expressam hypothecam, & tunc qui prior est tempore, potior est iure, aut vterque tacitam, & tunc mulier præfertur etiamsi sit posterior tempore: fiscus tamen pari passu ambulat cum muliere in hypotheca, vt qui prior est tempore potior sit iure: DD. in l. 2. de priu. fisci C. quia priuilegiatus contra priuilegiatum, vt ait Castr. ibidem non gaudet priuilegio, sed vno solo casu fiscus præfertur, etiamsi mulier anteriorem hypothecam habeat: nempe in causa pupillaris administrationis, si mariti & nominatorum bona non sufficiunt, l. satis notum est. C. in quib. can.

pig-

pig. tac. contr. per legem dictam assiduis non præfertur mulier doti prioris mulieris, nec pecuniæ creditæ in emptionem militiæ, auth. quo iure C. qui pot. in pign.

De actione hypothecaria, & quemadmodum libellus concipiatur, diximus supra §. si in fraudem, & §. item Seruian. diximus etiam de discussione, & quemadmodum discussio fienda.

Addo etiam ad eam quæstionem discussionis, an excussio fieri debeat de bonis in alio territorio secus, & verti, ait fieri debere, Cons. 107. col. 5. Sed Iacobus de Arena ait tract. excussionis. n. 28. non esse necessariam, secundùm Bald. in l. sciendum. n. 2. qui satisd. cogun. excussionem legitimè factam, & si non sit facta de bonis positis extra territorium, quia possessio illorum bonorum non repræsentat debitorem idoneum in loco iudicij; Bened. de Bargis, in tract. discussionis, n. 7. Bart. in tract. discuss. l. sed & hæ. §. non solùm. ff. de procur. quia non releuat si sunt sita in loco multum longinquo. Bart. ait alibi fieri non debere quàm in eo loco, vbi agitur: cæterùm cogi eum etiam in Prouinciam, de Roma abire, & de Prouincia in Prouinciam defendere durum est.

Nunc dicendum quanto tempore actio hypothecaria præscribatur. Respondi, spatio quadraginta

ginta annorũ præscribi, sibi aduersus debitorem, aut eius hæredem, aut aduersus eum qui causam à debitore habet agatur contra debitorem, l. cùm notissimi, §. quamobrem. C. de præscript. 30. vel 40 ann. ibi non vltra, &c. & non vltra quadraginta annos ex quo competit prorogari cœpit.

Contra eum qui à debitore causam habet quadraginta annis viuo adhuc debitore: d. l. §. sed cùm ibi. sed locum esse quadraginta annorum præscriptioni. Debitore autem mortuo, in d. §. vers. ex quo ibi triginta, &c. triginta annorum posse componere præscriptionem, quasi non debitoris nomine possideat.

Ratio illa meo quidẽ iudicio esse potest, quòd debitor non potuit in alium transferre fundum hypothecæ obligatum, nisi cum sua causa & suo onere, l. Pomponius. §. cùm quis, ff. de acq. poss. ibi vti debet, &c. gl. in l. an vitium, ff. de diuers. temp. præscript. ibi debet vti, &c. quæ tolli non potuit inscio & ignorante creditore: atque ideò creditor ea actione vti potest aduersus possessorem discusso debitore, & fideiussoribus & eorum hæredibus, nisi possessor legitima quadraginta annorum præscriptione tueatur, quæ plenissimam omnibus quærit securitatem, cuius cursu etiam mala fides sublata videtur, Balb. in tract. præscript. fol. meo-

rum 27. §. 12. quæro, n.4. & seq. fol. 37. §. 3. principaliter quæro. Nisi prætendat causam ab eodem debitore, quo casu non præscribit contra primum creditorem, nisi spatio quadraginta annorum viuente debitore; & eo mortuo triginta, Ant. Neguſ. in suo tract. de pig. & hyp. fol. meorum 56. sequitur modo secundum membrum n.1. Si autem dictus tertius possessor haberet causam à debitore, tunc donec debitor viuit non potest minori spatio quadraginta annorũ præscribere, à morte autem debitoris triginta annis præscribit, si sua, non authoris accessione, & possessione vti velit.

§. IN BONÆ FIDEI.

Cicero in Topicis, capite toto agitur ibi, in omnibus igitur iis iudiciis in quibus ex fide bona est additum plurimus earum vsus est: vbi verò etiam vt inter bonos bene agi oportet, in primísque in arbitrio rei vxoriæ in quo est quid æquiùs meliúsque formula multis in locis iuris nostri legitur; in §. eleganter, l. alia causa, ff. solut. matr. l. penult. in his rebus. §. si quis ibi, quia nec meliùs, æquiusque esset ex detrimento viri locupletari mulierem; sed actiones quæ bonæ fidei sunt, non ideo dicuntur quod in aliis possit

esse

esse mala fides. In omnibus enim contractibus bona fides desideratur : l.bonam fidem. C.de act.& oblig.quinimò si interuenerit dolus in contractibus bonæ fidei qui det causam contractui, ipso iure non valet contractus. l. eleganter. ff. de dol. mal. Vlpianus ait,nullam esse venditionem, & purgatur dolus ex contractu bonæ fidei , l. Iulianus, §.si venditor dolo fecit. ff.de act.empt.vbi agi ait Iulianus empti iudicio , & venditorem teneri emptori quanti pueris ędes dolo suo emisset: sed in contractu stricti iuris si dolus interuenerit, valet quidem ipso iure contractus , & actio ex eo nascitur si stipulatio subsequuta sit ; verùm doli mali exceptione submouetur petitio , l. dolo vel metu. C.de inut.stip.d.l.& elegãter,§.non solùm Ex quibus constat dolum & malam fidem vbique puniri,& per consequens dicendum est , non ideò actiones dici bonæ fidei ; quia in his potestas dabatur iudici ex bona fide iudicandi,quod vtrumque vtique facere , dare , præstare oportet ex suo officio & mera authoritate,nullóque Prætoris adminiculo , constat námque iudicem potiùs officium suum dirigere ad quę bonę fidei sunt,quàm ad eos contractus qui stricti iuris esse dicuntur. Nam in stricti iuris actionibus id tantùm venit, quod strictè natura actionis exigit:vnde vsuræ ex

mora venire non dicuntur in contractibus stricti iuris. l. quia tantum, ff. de negotior. gestor. In bonæ fidei autem venit post moram. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de action. emption. l. mora. §. in bonæ fidei, ff. de vsur. Itaque in bonæ fidei iudiciis libera potestas permitti videtur iudici ex bono & æquo æstimanda quantum actori restitui debeat, in quo & illud continetur, vt si quid inuicem præstare actorem oporteat, eo consensu in reliquum is cum quo actum est debeat condemnari. Compensationes enim quæ iure apto nituntur, & actiones ipso iure minuunt, siue in rem, siue in personam, siue alias quascunque, excepta depositi actione, cui aliquid componi compensationis nomine iniquum visum est.

Quod autem diximus compensationes admitti in cæteris actionibus, intelligimus si de liquido ad liquidum fiat, quod dicitur quando non multis ambagibus est innodatum: sed iudici suo facilem præstat exitum, veluti debiti liquidi & certi confessio. l. fin. C. de compen. l. si debeat. ff. de compens. l. 3. de tut. & in l. distr.

§. PRÆTEREA QVASDAM *actiones arbitrarias.*

ARBITRARIA actio ex sententia Bartoli, in l. vnus. C. vbi conuen. qui cert. loc. dare promis.

Est

Est in qua exercetur officium iudicis, mercenarium actioni deseruiens propter aliquid extrinsecus accidens præter naturam actionis propositæ, vt constituatur quædam differentia cum actionibus aliis, siue in rem siue in personam, in quibus etiam versatur officium iudicis, ad res restituendas,& ad aliquid dandum, aut faciendum quod in obligationem venit, quod videre est in actione, de eo quod certo loco, in l. vnic. C. vbi conuen. qui cert. loc. dare promisit. vbi actione arbitraria in alio loco quam in eo in quo dare promisit conueniri potest,in qua venit æstimatio eius quod interest alterutrius loco cõuento quam in alio solui.l.2.ff.eod. Arbitraria actio vtriusque vtilitatem continet, tam actoris quam rei vt maior, aut minor fiat æstimatio. §. nunc de officio. quia in hoc versatur officium Iudicis,vt animaduertat quid intersit vno potiùs quàm alio loco solui, vt quandoque etiam excedat legitimum vsurarum modum.

Aut etiam quando iudex partes suas interponit in æstimatione rei,& taxando quantitatem vt deferat iuramentum in litem, & quando iudex officium suum interponit in pœna imponenda; quia Iudex ex bono & æquo secundùm cuiusque rei de qua actio est naturam æstimare licet;

quemadmodum actori satisfacere oporteat. Omnis enim actio in qua res non restituitur secundùm præceptum iudicis, dicitur arbitraria, vt Iudex habeat potestatem deferendi iuramentum in litem, & secundùm illud condemnandi, siue sit actio bonæ fidei, siue stricti iuris, personalis siue in rem, siue quæcumque actio sit, secundùm Bartolum in l. actionibus, ff. de in litem iur. & l. qui restituere, ff. de rei vend. Est enim sententia generalis ad omnia interdicta, siue actiones ex quibus vti dictum est permittitur iudici æstimare, quemadmodum actori satisfieri oporteat, & quandoque vt iurisdictionem suam pœnali iudicio tueatur.

§. *CVRARE.*

IVDEX etiam in re incerta certam sententiam ferre debet quantum potest; tum autem & id dicitur quod per relationem certificatur, si modò relatio certa sit. l. ait Prætor, §. 1. ff. de re iud. & l. in summa, alteris in sententiis, eod. §. ibi certam, facere condemnationem etiam in vsuris. Hîc nòn tantùm libellum oportere esse certum vt certa sententia fiat.

Sed cùm libellus formatur super generali aut vniuersali obligatione, aut actione, veluti petitionis

nis hæreditatem fideicommissi, & aliorum iudiciorum, vniuersalia libellus quidem valet, sed sententia certa fit in exequutione, quando res certæ quæ fuerunt in hæreditate, aut subiectæ fideicommisso adiudicantur. De huiusmodi actionibus libellus & sententiis, & fallentiis Ias. hîc amplissima notat, quæ dici possunt & contr. in l.2. C. de sent. quæ sin. cert. quant. pro fer.

§. SI QVIS AGENS VSQVE ad §. si minus.

PLVS debito aut quam adsit pertineat petens, causa cadit, & rem amittit; nec facilè admittitur restitutio in integrum, nisi in minore cui lubrico ætatis lapsu succurritur, maiore etiam, si magna causa iusti erroris interueniat, qua etiam constantissimus quisque labi poterat, veluti si legatum ex testamento petatur, quod sublatum aut codicillis moderatum & reductum sit, quos actor ignorabat.

Plus autem quatuor modis petitur, re, tempore, loco & causa. Re, si quis pro decem aureis quæ ei debebantur viginti petierit, aut si is cuius ex parte res est totam eam vel maiorem partem suam intẽderit: tempore veluti, si quis ante diem, vel

vel ante conditionem petierit. Qua enim ratione qui tardiùs soluit quam soluere deberet minus soluere intelligitur, eadem ratione qui præmaturè petit plus petere videtur.

Loco plus petitur cùm quis id quòd certo loco sibi dari stipulatus est, alio loco petit sine commemoratione illius loci in quo sibi dari stipulatus est, de quo diximus suprà in §. præterea dari actionem arbitrariam, in qua ratio habetur vtilitatis vtriusque, & rei, & actoris, & permittitur iudici ex bono & æquo, quemadmodum actori satisfieri oporteat. Ita tamen vt ratio habeatur vtilitatis quæ promissori competitura fuisset, si illo loco solueret quo se soluturum spopondit, quæ vtilitas plerumque in mercibus inuenitur, quæ per singulas regiones diuersa habent pretia; vti etiam videre est in fœneratitia pecunia, quæ non vbique eisdem vsuris fœneratur, & adimitur vtilitas quam haberet promissor si solueret in loco promisso. Itaque salua esse debet vtilitas soluendi promissori causa: plus petere dicitur is qui cùm Stichum, aut decem stipulatus esset, alterum nempe Stichum petit; quia eripit electionem promissori cùm liberum erat alterutrum soluere. Debuit enim eo modo petere quo erat stipulatus, nempe Stichum aut decem. Idem dicendum si

quis

quis stipulatus sit hominem & Stichum petat, aut si purpuram & terram petat, aut si domum & campanam petat; quia aduersario tollit electionem: nec refert an vilissimum sit id quod petitur; quia plerumque accidit vt promissori faciliùs sit illud soluere quod maioris pretij est.

Sed si is qui plus petiit ante litem contestatam pœniteat, vt veram debiti quantitatem confessus fuerit, nullo eum dispendio prægrauari: si autem in certaminibus litis perseueret, non solùm eo quod plus petiit, sed etiam toto debito eum prægrauari. l. vnic. C. de plus petit.

Sed in cap. vnic. de plus petit. ex. in expensis condemnantur ratione plus petitionis, G.P. decis. 27. vbi ait & in addit. quod sententia ferri potest in eo quòd verè debitum erat; quia in maiori minor inerat, & condemnatio in expensis sequitur, maximè si reus negauit, nec obtulit quod verè ab eo debebatur; Pap. art. 2. du liure 5. tit. 1. & hoc certum est hodie non priuari debito, sed reum qui nihil obtulit actor ratione plurispetitionis in expensis, & id quod interest rei condemnatur, Greg. lib. 48. c. 5. num. 11. quod puto sufficere ad §. seq. & §. hodie, in fin. de except. quæ ad plurispetitionem pertinent.

Il faut dõc que celuy à qui sera demandé, plus sibi

prospiciat, & statim quod debet verè offerat, ne generaliter negando in periurium incidat. *Aussi doibt le demandeur* quamprimum antè litem contestatam *corriger sa demande, & se reduire* ad id quod ei verè debetur.

§. SI MINVS INTENTIONE, &c.

SI minus sua actione actor quam ei deberetur complexus est, in reliquum agens eodem iudicio aduersarium iudex condemnat; quia emendari actio & augeri antè litem contestatam potest, imò verò & mutari & cumulari; de quibus DD. ad l. edita. C. de eden. Et hæc pertinere viderentur ad §. sequentem, si quis aliud.

§. SVNT PRÆTEREA QVÆDAM actiones vsque ad finem tituli.

1 SVNT quædam actiones in quibus id omne quod debetur insolidum peti non potest: sed quandoque insolidum, quãdoque minus, veluti si totidem in peculio filij aut serui sit quam persequimur in solidũ, pater dominusve condemnatur, si minus eatenus quatenus in peculio sit de peculio suprà diximus, nisi si quod iussu eorũ gestum, aut in rem versum primo casu insolidum; secundo

do quatenus in rem eorum versum est; idem in marito, diciturque in restitutione dotis inquantum facere potest condemnatum: hoc est, quatenus facultates eius patiuntur, & cautione præstita si ad meliorem fortunam peruenerit, quòd minùs restituit se restituturum.

Dos enim minuitur ob impensas in res dotales factas, vt diximus suprà, & habetur tit. ff. de impen. in reb. dot. fact.

Sed tria sunt impensarum genera; Vlp. in l. 1. d. tit. de imp. in reb. dot. fact. aliæ enim necessariæ, aliæ vtiles, aliæ verò voluntariæ.

Necessariæ dicuntur quæ habent in se necessitatem impendendi, & quibus obmissis dos fit deterior, vt quæ fiunt in refectionibus villæ, ædiumque & similium, d. l. 1. §. inter necessarias, l. 2. & 3. eod.

Vtiles sunt quas maritus vtiliter fecit, rémque meliorem vxoris reddidit; vtilibus enim impensis dos melior fit. l. quod dicitur, §. vtiles. ff. d. tit.

Voluntariæ autem impensæ sunt quæ maritus ad voluntatem fecit; & quæ speciales dotales exornant. l. voluntariæ, ff. eod. de iur.

Harum impensarum solæ necessariæ in res dotales factæ dotem ipso iure minuere dicuntur. Id est ipsam dotis vniuersitatem, & non singula corpora in quibus dos consistit. l. 1. ff. de dot. præleg.

1 Ratio autem cur necessariæ dicantur dotis quantitatem minuere, illa adsignari potest, quod si maritus eas non fecisset tanto effecta esset dos deterior, propter quas ideò non quidem corporum, sed dotis & ipso iure diminutio. l. quod dicitur d.tit.

2 Quæro nunc si dos partim in pecunia, partim in res soli consistat, & impensæ necessariæ factæ sint in ipsa corpora, quomodo intelligatur diminutio fieri, & respondeo solàm pecuniam ferre impensas, & hoc casu locus erat olim retentioni quæ fiebat de ipsa pecunia, hodie constitutione Iustiniana, quamuis maritus minus restituat, non dicitur quicquam detrahere, vel deducere, vel retinere de dote, quæ consistit in pecunia, cùm pecunia sit ipso iure imminuta, & ideò Iustiniano minus est idonea retentio, propter huiusmodi impensas, quibus ipsa pecunia iure ipso intelligitur diminuta: non autem corpora, sed dos pecuniarum, l. si is qui, ff. de iur. dot. & ibi Neuia. Neuia ait dotem pecuniariam minui, & propterea mulier in dotis repetitione dicitur minus petere quàm peruenerit ad maritum. Et ideò dicitur dotis petitio minui, quia dos minor facta sit per impensas necessarias.

3 Quòd si dos in corporibus duntaxat consistit,

&

& impensæ necessariæ concurrunt cum fundi æstimatione; hoc casu certè totus fundus talis esse potest, nisi sponte mulier intra annum impensas obtulerit. l. si is qui Stichum 56. ff. de iur. dot.

Olim ob impensas vtiles in res dotales factas, retentio tum demum competebat cum impensæ vtiles proponebantur factæ voluntate mulieris. Iniquum enim videbatur mulierẽ compelli vendere fundum dotalem vt impensas factas solueret, si aliunde soluere non posset, & hoc summam æquitatis rationem habere, scribit Paulus, l. vtilium. ff. de imp. in reb. dot. fact.

Hodie autem ob impensas vtiles mulieris voluntate factas, datur mandati actio contra vxorem; & in hac mandati actione veniunt etiam modicę expensæ; si verò ea nesciente negotiorum gestorum. l. omnino. ff. de imp.

Voluntariæ autem, siue voluptuariæ, vt quidam interpretantur, dicuntur quæ fiunt ad voluptatem, vt quidam interpretantur, dicuntur quæ fiunt ad voluptatem, aut ornatum, quibus factis dotes non fiunt meliores; neque prætermissis deteriores; & harum nomine olim competebat marito exactio, nisi mulier maluisset tollere ornamẽtum delectus: námque mulieri dabatur, & ei per-

mittebatur, vel ornamentum retinere, & restituere impensas propter ornatum factas. Recusante autem muliere impensas ad ornatum factas restituere marito, permittebatur ornamentum tollere: si modò id ornamentum tolli posset propter læsionem & corruptionem prioris speciei; & hoc profuturum esset marito. l. pro voluptariis. ff. d. tit. Quandoque tamen voluptariæ censentur vtiles; cùm res venalis est, & augetur pretium; ex quibus constat pro impensis cessare dotis retentionem. Taceat verò mandati, aut negotiorum gestorum actio contra vxorem pro impensis, d. §. taceat. C. de rei vxor. act.

Sunt & alij casus in quibus reus condemnatur inquantum facere potest, veluti si quis agat cum parente aut patrono; aut socius cum socio: quia inquantum facere possunt conueniuntur. l. inter eos & duabus legibus præcedentibus, ff. de re iud.

Compensationes etiam efficiunt vt minus quisque consequatur quam ei debeatur; de qua compensatione diximus suprà in §. bonæ fidei.

Idem dicendum de eo qui bonis cessit: quamuis enim ad meliorem fortunam peruenerit, tamen inquantum facere potest conuenitur deducto ne egeat. l. qui bonis. ff. de cess. bon.

Quòd

Quòd cum eo qui in aliena potestate & negotium gestum esse dicitur.

SIVE cum seruo negotium gestum est, siue cum his qui in potestate parentum sunt, eadem ferè iura seruantur.

Atque ideò si quid iussu eorum negotiantur, datur actio insolidum contra eos. Quòd si non iussit, sed in rem eorum versum est, eatenus conueniri possunt quatenus in rem eorum versum esse constabit nempe quicquid necessariò in rem domini impenderit.

Sin minus quatenus vires peculij patientur, deducto eo quod parentibus & dominis debetur, sed ad peculij æstimationem non transit, nisi pro ea parte quæ non est versa in rem domini.

Sunt etiam actiones aliæ; nempe institoria & exercitoria, quæ est quando parentum & dominorum authoritate & voluntate præpositus sit, aut institutus negotiationi cuilibet, pater aut dominus insolidum obligantur.

Tributoria etiam est cùm seruus iure peculiari sciente domino negotiatur; quicquid in re prouc-

niet

niet inter dominum & creditores serui pro rata portione distribuitur.

Sed si satis habeat seruus in peculio, nec quicquam agitur de in rem verso, si ex peculio solidum consequi possit, siue actione quod iussu de peculio, siue exercitoria aut institoria, agatur aut etiam tributoria. Is autem qui probare potest in rem domini esse versum de in rem verso agere debet.

Et dicta de dominis & seruis intelliguntur dicta de filiis & parentibus in quorum potestate sunt filij.

Illud autem certum est, actionem quod iussu aut de in rem verso, ac etiam exercitoriam & institoriam, quibus eorum quoque iussu contractum videtur directo contra patrem, aut dominum, agi posse.

Sed hoc speciale est in filiisfamilias, quibus mutua pecunia data est contra prohibitionem Senatusconsulti Macedoniani, & ei qui credidit, actio denegatur tum aduersus filium quam aduersus patrem.

Sed filiusfamilias etiam suo nomine conueniri potest ex contractibus suis; l. si quis 44. de peculio, l. filiusfamilias, ff. de action. & obligat. & l. tam ex contractibus, 17. ff. de iudic. Ita tamen

& in patrem de peculio, aut de in rem verso etiam detur.

Aduersus filium libellus concipi potest ita. *Comme il seroit obligé à telle somme conclud au payement d'icelle.*

Contre le pere: Comme vn tel son fils se seroit obligé au demandeur, conclurre au payement.

Le pere dira qu'il ne peut estre conuenu pour le debte de son fils. tot. tit. C. ne filius pro patre, ne pater pro filio.

Le demandeur repliquera, ou que le prest a esté faict du commandement du pere, ou qu'il a esté employé au proffit d'iceluy & que le pere a retiré ce que son fils auoit in peculio.

Aux autres actions il en sera de mesme: Car le pere audit cas, s'il l'a commandé, ou qu'il soit employé à son proffit, il sera condamné pour le tout, & quant à la chose peculiere, pour ce qui se trouuera, le pere payé de ce que luy est deub.

Filiusfamilias mortuo patre, aut sui iuris factus, nisi inquantum facere potest conuenitur, l. 2. ff. & l. 2. Cod. hoc tit. aut pro ea parte pro qua hæres extitit deducto ne egeat.

DE NOXALIBVS *Actionibus.*

HIC titulus ad seruos tantùm pertinet, & in eos pro eorum delictis, noxales actiones esse præpositas, quinimò filiifamilias pro suis delictis conueniri possunt: §. fin. in fin. d. tit. l. noxali & duab. legib. seqq. ff. h. tit. condemnato tamen filio pater de peculio conueniri potest: sed filium pater noxæ dedere non potest.

Noxalis autem actio caput sequitur, hoc est, quandiu seruus in potestate est, cum domino agi potest: sed si in alienam transiuerit potestatē cum eo, cùm seruus factus est non potest actio esse: sed liberatur serui dominus si seruum noxæ dederit, si non malit dominus litis æstimationem pati. Quòd si seruus domino noxam cōmiserit, actio nulla datur; quia inter eos obligatio nulla nasci potest. Hæ actiones sunt ciuiles aut Prætoriæ, ciuiles furti, l. XII. Tabularum, & iniuriarum legis Aquiliæ Prætoriæ iniuriarum vi bonorum raptorum.

SI

SI QVADRVPES PAVPERIEM fecisse dicatur.

NOXALIS quoque actio prodita est aduersus eum cuius animal damnum dedit quæ de pauperie dicitur. Est autem pauperies damnum, siue iniuria data, quod vel maximè in brutis animalibus contigit: neque enim potest animal brutum quod sensu careat malum aduersus quemquam consilium inire. Hæc autem datur aduersus dominum, cuius quadrupes pauperiem damnúmve dederit quod vide pasta sit, vt aut damni æstimationem subeat, aut quadrupedem dedat, in l. Paulus, lib. 1. recept. sentent. tit. 15. quod intelligendum de iis animalibus, quorum natura fera non est. Cessat námque lex XII. Tabularum, si in iis sit natura & insita feritas, adeo quidem vt si versus fugerit, & aliquem læserit noxali actione: is qui dominus erat non tenetur, quoniam cùm fugerit naturalem libertatem recipit, & in bonis cuiusquam esse desinit: Theoph. hoc tit. Sed ex edicto Ædilium cauetur ne quis hominem canem, aprum, vrsum, leonem eo loco habeat quo vulgò iter fit, quod si contra

factum fuerit vt per hoc libero homini nocitum sit, tanti dominus bestiæ condemnabitur quantũ æquũ bonúmq; videbitur ei cuius notio erit, si erit, si autem seruus, aut alius quoduis animal læsum fuerit, cuius ego sum dominus duplum damni, quod datum erit dominus bestiæ præstabit, ídque non solùm Ædilia, sed & noxali actione; cùm enim plures actiones pœnales de eadem re concurrunt alia aliam non consumit.

Si quis irritatu suo feram bestiam, vel quamcunque aliam quadrupedem in se irritauerit, eóque damnum dederit; neque in eius dominum, neque in custodem datur actio. in l. Paul. dict. tit. §. vlt.

Quemadmodum etiam si culpa alicuius, vel instigatione pauperiem fecit, agitur aduersus eundem actione vtili in factum ex lege Aquilia. l. 1. §. quod si propter, h. tit. & l. qui occidit 30. §. in hoc quoque, ff. ad l. Aquil. ibi nam & qui. Nam & qui occasionem præstat damnum fecisse videtur; l. qua actione, §. sed si quis plus eodem. Et datur hæc actio hæredibus, & in hæredes. l. 1. §. fin. ff. d. tit.

DE HIS PER QVOS *agere nos sumus.*

ACTIONIBVS propositis consequẽs est videre per quos exerceantur, cùm certum sit agere, nec in iudicio solere, aut pro nobis ipsis, quod vocatur suo nomine agere, aut pro aliis, quod vocatur alieno nomine.

Et alieno quidem nomine agimus, nempe & propriè in causis priuatorum, per procuratorem dat qui tractat negotia Vniuersitatis, Reipub. Ecclesiarum, aut Collegij, scyndicus dicitur & actor & defensor. Qui autem eorumdem bona administrat œconomus dicitur: materia autem, & res quæ in mandatum veniunt sunt lites, & negotia, persequutio, defensio, & administratio, factum de his dictum tit. de mand.

Tutores & curatores sunt etiam qui aliena negotia gerunt, nempe pupillorum & minorum, de quibus tit. de tut. & cur.

DE SATISDATIONIBVS.

HIc titulus pertinet ad eas satisdictiones quæ pro iudicato soluendo, aut de iudicio sistendo præstabantur, quę hodie in ballis non sunt in vsu, in ann.sal.h.tit.5. 2. & Pap.lib. 10. tit. *des pleges & certif. arr. 1.* adeò vt meo iudicio hic non est diutius immorandum, quoniam quod pertinet ad fideiussiones & satisdationes dictum suprà tit.de fideiussoribus, nihilominus pauca hic addimus.

Cautio verbale est, quod dicitur tam respectu dantis, quam accipientis, quandoque cum satisdatione, quandoque cum nuda promissione.

Sed verbum cautionis simpliciter prolatum à lege, aut à testatore, intelligitur de nuda promissione. Sal.in l.sancimus,C.de verb.sig. Testator enim aut contrahentes sibi imputare debet, qui apertius legem non dixerunt. Cautio ratihabitionis quæ à procuratore exigitur, Prętoria est, atque ideò cum fideiussore fit. gl.in l.1.C.de procu. Omnes enim propriè stipulationes satisdationem desiderant, exceptis tribus casibus nou. op.nunt. de damn. infecto, & stipulationis dupli. l. 1. ff. de

Præt.

Præt.ſtip.§.ſtipulationum iſtarum.

Ita cauiſſe videtur, ſi ſecurum faciamus datis fideiuſſoribus,quod gloſſ.ait pertinere ad ſatiſdationes iudiciales, ex quibus debent fideiuſſores ex natura eorum interuenire. l.1.ff. qui ſatiſd. cogan.Quod autem diximus Prætorias fideiuſſores deſiderare;quia neque pignoribus,neque auri aut argenti depoſitione ſatiſdediſſe, videri poteſt, nec funguntur vice ſatiſdationis, l.3 ff. de Præt. ſtip. & quicquid gloſſa dicat in tit. C. de procur. cautionem ratihabitionis mutari ,aut augeri poſſe datis pignoribus : tamen Bart.ait in d.l.num.13. cõuentione partium id quidem fieri, ſed ampliùs non eſſe Prætoriam, quæ ſine Prætore mutari nõ poteſt.l. in conuentionalib. ff. de verb.oblig.conſtat in conuentionalibus dare contractui formam contrahentes. Sed Prætoriæ ſtipulationes legem accipiunt de mente Prætoris,quibus neque addere,neque diſtrahere licet. gl. ibid. nam ſi addatur aut detrahatur,conuentionales dici & Prætoriæ eſſe deſinunt.

N'obſte la gloſe, in d.l.Prætoriæ ſtipulationes, *laquelle dit*, poſſe ſatisfieri ſi pignora dentur. *Car c'eſt contre le texte*, nec placet ibi interpretatio Gofredi, qui ait, non eſſe moris vt pignora dare cogatur, in vicem ſatiſdationis cum aliàs

pignore

pignore dato à fideiussore sit releuandus, *allegant la loy:* l.2. C.de coll.bon. & inst. de rerum diuis. §. venditæ, & l.fin. §.si legatarij, ff.quor.leg. *Car le Duarens dit*, id cessare in Prætoriis, quia altera partium contradicente mutari non possunt, ad d.l.in conuentionalibus, vbi etiam Zazias. Zazius ait consensu partium mutari, aut qualitatem, aut quãtitatem, priore casu conuentionalis efficitur, posteriore Prætoriam remanere; sed quicquid est, annuit non posse altera partium contradicente quin in eo id non pendere ex arbitrio alterius partium, sed ex Prætoris decreto.

N'obste la loy: l.1.§.inter.C.de coll. bonorum. quia cùm Prætor author sit bonorum possessionis, quæ contra Tabulas datur, iubet emancipatum cauere, vt conferat qui pignore dato cauere potuit; qui idipsum quod conferre tenetur pignori dare potest.

Le §. venditæ, de rer. diuis. *a sa response: Car le texte dit que* l. XII. Tabularum cauetur; ergo aut ex promissore, aut pignoribus datis. *Aussi est-il dit au texte*, alio modo ei satisfacerent quæ dandę promissionis vim habet, & vti dictum esse debuit apertius sibi cauere. *Ne peut obster la loy fin.* l.fin. §.si legatarius.ff.quor.legat. *car l'interdict* quorum legatorum, *qui est du Preteur a lieu*, si legatarius spreta

ſpreta voluntate hæredis rem legatam occupat. Quòd ſi caueat hæres,aut fideiuſſore, aut pignore cautum illi eſſe videtur;quia cùm non teneatur niſi ad legatum præſtandum, quo caſu Prætor in cautionem pignoris interpretatur ibi, ſi legatarius pignoribus noluit ſibi caueri : eius enim fuit interpretari, vti ſuprà dictum eſt. Idem dicit in noui op.nunt. in damno infecto, & in ſtipulatione dupli.

Sed videndum ſi lege,ſtatuto, aut conuentione cautio requiratur quæ idonea eſſe videatur;l.ſi mandato Titij,ff. de mand. §. vlt. Ibi non videri mandati cõditione pari, tum cùm in eo adiectum ſit vt idonea cautio præſtaretur, ſi neque fideiuſſor,neque pignori accepta ſint. Idque ideò, quia ſatiſdatio eſt conuentionalis, cùm ſatiſdationes conuentione partium legẽ accipiant, l.4.§.addit. ff. de fideicom. libert. vbi ſeruus liber factus non adeundo hærede hæreditatem, ſibi addici bona rectè poſtulat, cauendo ſe creditoribus ſoluturum, quod idoneè fit aut fideiuſſoribus, aut pignoribus,quæ ex rebus ipſis hæreditariis præſtari poſſunt, quod fit ex conſtitutione Diui Marci, Inſt.de eo cui liber. cau. bon.addic. quo caſu eius eſt electio aut fideiuſſoribus aut pignoribus caueat, quod relinquitur arbitrio iudicis, qui rectè

animaduertere poterit ne ipse conueniatur, vt ait Rebuff. tit. de exeq. sentent. nonob. appell. & n. 36. qui prospicere solet vt euitetur iuratoria cautio, & consignatio rei fiat, aut fructus sequestrētur, & ita ait seruari vt in Prætoriis satisdationibus fideiussores desiderentur.

Nec obstat ius, l. plus cautionis, ff. de reg. iur. vti Decius ait verum, nisi aliud lege exprimatur. l. Prætoriæ stipulationes.

Hoc insuper notandū, vt satisfiat iudicatis dari quatuor menses à die iudicati, l. 2. & 3. C. de vsur. rei de re iud. nec refero quod Contius & Molineus dicunt in vsu non esse; quia frequentissimè fieri solet, imò etiam pro causæ qualitate & quantitate dilatio prorogatur. l. 2. ff. de re iud.

DE PERPETVIS ET TEMPORALIBVS actionibus, & quæ ad hæredes & in hæredes transeunt.

NVNC verò mille perpetuæ omnes temporales dici possunt, quia certo tempore terminantur; quæ enim perpetuæ erant, triginta annorum spatio præscribuntur: l. sicut in rem 3. C. de præscr. 30. vel 40. ann. quæ autem temporales

porales ideò dicebantur, quia quædam anno finiuntur,aliæ biennio,aliæ longiori tempore.

Breuiori quidē vt actio redhibitoria, quæ post sex menses expirat longiori tempore, aliæ biennio finiuntur, vt actio de dolo: aliæ triennio, vt vindicatio rei mobilis bona fide ab alio possessis; aliæ quadriennio, vt nuntiatio bonorum vacanium; aliæ quinquennio,vt querela de inofficioso testamento,adeò vt temporales certum habent à legibus tempus; intra quod completū & eo elapso excluduntur. De his omnibus temporalibus actionib.fusè, & de præscriptionib.Greg.Syntag. statuto Regio decēnio rescisio cōtractus præscribitur: *Ordonnance d'Abbeuille 224.quoy que fondée sur le dol, fraude, circonuention, crainte, ou deception d'outre moitié de iuste prix, & à compter dés le iour des contracts,ou que la cause de crainte,violence, ou autre cause legitime empeschant de droict ou d'effect la poursuitte des susdictes rescißions cessera, & quant aux mineurs, apres l'aage de 35.ans ne sont receuables par la voye de minorité en demandant ou deffendant, ou par voye de nullité par alienation de biens immeubles sans decret, & authorité de iustice, lesion, deception & circonuention.*

Qui cum titulo, & bona fide decem annos possedit inter præsentes,tutus est legitima excep-

tione, vti & is qui inter absentes vicennio, actiones enim aduersus eos non dantur, quia eo tempore peremptæ sunt, suprà tit. de vsur. §. 1. l. vnic. C. de vsur. transf. vbi redacta sunt tempora mobilium ad triennium, immobilium ad decem & viginti, & aliorum ad triginta annos, intráque tempora agi, & vltra actio præscriptione denegatur. l. 2. de vsur.

Hæres autem in omne ius mortui, nec tantùm in singularum rerum succedit, tam & ea quæ in nominibus sunt, ad hæredes transeunt: l. hæres 37. ff. de acquir. hæred. est enim hæreditas successio in vniuersum ius defuncti: l. nihil aliud 24. ff. de verb. sig. & l. hęreditas 62. ff. de neg iur. atque ideò cùm post aditam hæreditatem hæres, & hæreditas repræsentent defunctum, eiúsque ius & personam, sequitur. l. hæreditas, ff. de acquir. rer. dom. vt hæres teneatur omnium creditorum actiones ciuiles excipere ex persona defuncti, si pariter ipse ex eadem persona actiones quæ competebãt defuncto potest mouere & sequi, sublato iure antiquio. l. vnic. C. & actio. ab hæred. & contra hæred. inch. l. veteres. C. de contr. & comm. stipul. Sancimus omnem stipulationem, siue in dando, siue in faciendo, siue mixta ex dando & faciendo inueniatur, & ad hæredes transmitti, ius enim quod in princi

principalibus personis iustum est, non ad hæredes & aduersus eos transmittitur.

In criminalibus autem si lis certa non sit, pœnales actiones non dantur contra hæredes, nisi in quantum ad illos ex delicto peruenerint, ne alieno scelere ditentur. l. vnic. C. ex delict. def. in quan. hæred. conuen. l. videamus, ff. de eo quod met. caus. Licet enim communiter extinguantur, turpia tamen lucra ab hæredibus extorquentur, l. in hæredem. ff. de calumn. quod si lis contestata sit, insolidum tenentur hæredes, d. l. vnic. & h. tit. §. pœnales.

§. Fin.

Qui pendente iudicio soluit absoluendus est, sed vix est vt actore contradicente à condemnatione expensarum liberari possit.

DE EXCEPTIONIBVS.

AGERE etiam videtur is qui exceptione vtitur; nam reus in exceptione actor est. l. 1. ff. hoc tit.

Est autem exceptio quasi quædam exclusio eius, quod in intentionem condemnationémve

deductum est, l. 2. quæ modò eximit reum denunciatione, minuit damnationem, l. exceptio. 22. eod. aut vbi ait Theophilus est iudicialis quædam allegatio reo competens aduersus actionem, quæ iure quidem ciuili efficax sit; sed natura iniquas vires habeat.

Omnis autem exceptio & replicatio exclusoria est: nam exceptio actorem excludit, replicatio reum. l. 2. d. tit.

Appellantur autem exceptiones alię perpetuę, aliæ peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ. §. appellantur, h. tit. d. l. 2. §. vlt. ff. eod.

Dilatoria ea est quæ differt actionem, nō prorsus litem inficiatur, vti ea est quæ procuratoria dicitur, quando negatur eum esse aut legitimè constitutum, aut esse non posse; aut quando declinatur forum iudicis, quod non sit competens, & hęc est declinatoria fori, quæ etiam dilatoria dici potest; quoniam differtur negotium principale, donec constiterit de mandato, aut quod iudex sit competens, §. penult. h. tit. in quo inspicitur, aut iudex domicilij, vt in actionibus personalibus, aut situs rei his vbi in rem act. vbi de hæred. vbi de fideicom.

Et le Iuge dira, quant au Procureur communiquera sa procuratiou dans tel temps, ce fait en viendront;

dront: & quant à la ompetance, s'il n'est fondé de iurisdiction, il renuoyera les parties au Iuge du deffendeur, *soit* ratione domicilij, *soit* ratione situs.

Sunt etiam temporales & dilatoriæ, quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt, veluti cùm conuenit ne intra certum tempus petatur; quia donec finito tempore impeditur actor rem exequi, §. temporales, hoc tit. de eo qui plus tempore petit suprà diximus.

Sed dilatoria ante litem contestatam opponi debet, l. si quis 12. C. de except. vti ea quæ declinatoria fori est. l. fin. eod.

Perpetuæ & peremptoriæ dicuntur quæ semper agentibus obstant, & semper rem de qua agitur perimunt, d. §. appellantur, vers. perpetuæ, tot. tit. & hæ vsque ad sententiam opponi possunt, l. ann. nondum 4. & l. præscriptionem 8. Cod. hoc tit. Sed plerumque opponuntur ante litis contestationem ad impediendum litis ingressum, *par forme de fins de non receuoir, lesquelles par les ordonnances se doiuent vuider auant tout œuure, sans les renuoyer au merite de la cause : quand il appert sur le champ :* Ordonnance de Blois art. 154. *laquelle regle aussi, de mesme les fins de non proceder, afin qu'il y soit faict droict sommairement.*

Mais l'on a accoustumé quand il n'en appert pas prompte

promptement, d'ordonner que sans preiudice des fins de non recevoir, & sauf à y estre faict droict, en tout estat de cause, que le defendeur respondra à la demande, fins & conclusions du demandeur dans le temps qui luy est prefigé, pour apres estre procedé, ainsi que de raison. Les perpetuelles & peremptoires, quæ perimunt negotium & intentionem agentis, sunt veluti de dolo de eo quod metus causa erroris, rei iudicatę, non numeratæ pecuniæ; parti de non petendo in perpetuum, & generaliter si obiici potest intentionem vel actionem agentis, esse contra leges vel Senatusconsulta, quod obiicitur vim peremptoriæ exceptionis obtinet, l.3. ff. h. tit. ibi si quid. Si quid contra leges Senatúsve consultum factum esse dicetur, quales sunt leges quibus rerum minorum alienatio prohibetur fundi dotalis, & earum quæ non sunt in commercio, & si quid contra Velleyanum & Macedonianum gestum est.

DE REPLICATIONIBVS.

REPLICATIO est per quam resoluitur ius exceptionis, hîc in prin. & in l.2. ff. de except. ibi quæ quidem, & l. non except. 10. C. de except. quæ quidem ideò necessariæ sunt,

vt exceptionem excludant: exceptio enim actorem excludit & replicatio reum non exceptionibus, sed replicationibus auctores suam intentionem si quam habeant minuunt, vt resoluatur ius exceptionis, nempe veluti ex posteriore pacto conuento, quando conuenit vt nonobstãte priorẽ quo conuenerat, ne peteretur actor petere possit: pacto enim nouissimo prius tolitur, idem in duplicatione & triplicatione accidere potest secundùm varietatem negotiorum.

§. *EXCEPTIONEM.*

SVNT quædam exceptiones quæ non solùm debitoribus, sed & eorum fideiussoribus prosunt, veluti si cum creditore debitor pactus est de non petendo, pactum prodest fideiussori; sed si debitor bonis cesserit non beneficium, hoc fideiussori prodest; quia sibi cauerat creditor, vt debitore facto non soluendo à fideiussore suum consequi possit, diximus de fideiussore minoris restituto non liberari si ex capite minoris tamen restituatur. Contra si ideo quod dolus causam contractui dederit fideiussor quoque liberatur.

DE INTERDICTIS.

DE interdictis hîc agitur, siue de actionibus quæ vice interdictorum exercentur. Est autem interdictum enunciationis Prætoriis inter duos aliquos, qui de possessione, vel quasi possessione contendunt emissum: facti quidem speciem, causámque non incident; sed quomodo de ea iudicandum sit, iudicem informans, ait Theophilus, & iubent aliquid fieri, aut prohibent non fieri, ait hic Tribon. ideóque quia inter duo dicuntur. Sed hæc forma non obseruatur; proponuntur enim coram iudicibus ad quos ius dicendi pertinet, non expectata formula Prætoris exemplo aliarum actionum: sunt enim formulæ & impetrationes huiusmodi sublata, C. de form. & impetr. actio. subl. & §. fin. h. tit. & datur actio vtilis in factum. per gl. ibi facit, l. fin. C. h. tit. ibi actionem proponere.

Prior diuisio interdictorum est, quod aut prohibitoria sunt, aut restitutoria, aut exibitoria.

Prohibitoria ea quibus Prætor prohibet aliquid fieri, qualia sunt ea, ne quid in flumine publico, ne quid in itinere publico, loco publico aut via publica, in loco sacro noui operis nunciatio,

tiatio, ne quid postea fiat: quod etiam restitutorium est, vti est etiam illud quod ne quid in loco, flumine, aut itinere publico fiat.

Restitutoria sunt quibus aliquid restitui iubet, qualia sunt quorum legatorum, vnde vi, & quod vi aut clàm & similia.

Exhibitoria per quę iubet exhiberi, vt de liberis exhibendis, aut seruis, de tabulis exhibendis, & alia eiusmodi. §. summa consilij, h. tit.

Secunda diuisio est, quod quædam adipiscendæ possessionis sunt causa comparata, quædam retinendæ, quædam recuperandæ.

Adipiscendæ, quale interdictum, quorum bonorum quod datur pro vniuersa successione ab intestato delata contra eos qui pro hærede aut possessore possident. l. 2. n. 3. quorum bonorum, l. 1. ff. eod. Pro hærede possidet qui putat se hæredem, pro possessore qui nullo iure rem hæreditariam sciens ad se non pertinere possidet, nec datur nisi ei qui nondum possidet: sed possessionem adipisci conatur, §. si quis h. tit. Cuius etiam naturæ est Saluianum interdictum, quod locatori datur pro rebus coloni, quæ pro mercede pignori obligatę sunt domino illatis, & inuectis, d. §. adeo vt si cessauerit in soluendo aduersus quemuis, res coloni possidentem interdicto, Saluiano Domi-

nus experiri poterit. Theoph. sed amissa possessione hoc interdicto iuuari non potest: sed transeundum ad ea in quibus potestas recuperandæ versatur. Theoph. hîc. Cur autem sic vocetur latiùs explicat Theoph. ex eo quòd multæ sunt acquisitionum rationes, ac proinde tot tituli qui possessionis causa sunt, veluti, rogo te vnde hanc rem possides, & dicis quoniam mihi donata est; & titulus est pro donato, aut quoniam emi; & titulus est pro empto, aut in dotem mihi data est; & titulus est pro dote, aut legata mihi est; & titulus est pro legato, aut quia me hæredem esse puto, & dicitur pro hærede.

Is autem pro possessore possidet, & dicitur qui vi rapuit, aut abstulit, nec vllam possessionis iustam habet causam, quique si rogetur vnde dicturus sit; quia possideo; & interrogationem in responsionem versurus, & hic pro possessore possidere dicitur.

§. RETINENDÆ.

RETINENDÆ possessionis causa comparata sunt interdicta, vti possidetis, & vtrobi in mobilibus, sed vti possidetis in rebus immobilibus, locum habet vtrobi in mobilibus, hoc autem interdictum tuetur ne amittatur possessio, sed retineatur.

tineatur. Contra interdictum, vnde vi restituit vi amissam possessionem, l.1.ff.h.tit. vti possidetis, *que nous appellons la maintenuë en possession*, *laquelle est adiugée à celuy*, qui nec vi, nec clàm, nec preca-rio ab aduersario possidet: postea de proprietate cognoscit Prætor, l.vnic.C.eod.& l.exitus 35.ff. de acq. poss. Exitus controuersiæ possessionis, hîc est tantùm vt priùs pronuntiet Iudex vter possideat. Ita enim fiet vt is qui victus est de possessione petitoris partibus fungatur, & tunc de dominio queratur apud eundem Iudicem, l.nulli, C.de iud. ibi qui de possessione, & l.ordinarij, C.de rei vindic. Ibi priùs exhibitis actum, demum de proprietatis causa ab eodem Iudice decidatur.

Huius autem interdicti causæ sunt quãdo quis turbatur in possessione, & suo qualiter velit vti prohibeatur. l.sicut 8.§.Aristo.ff.si seruit.vind.ibi sed & interdictum. Sed & interdictum vti possidetis poterit locum habere, si quis prohibeatur qualiter velit suo vti. Idem si quis in suo ædificare prohibeatur. l.si duo, §.hoc interdictũ, & seqq. ff. vti possid. eo enim tendit hoc interdictum, vt quod possidemus retineamus, & possessorẽ prædij tuetur: in l.1.d.tit.ei namque competit si prohibeatur ius suum exercere, cùm de iure fruendo agitur.l.sane 14.ff.de iniur. Cõmodum autem pos-

ſidendi in eo eſt,quod quando incertum eſt actor an reus dominus ſit, pro reo fertur ſententia;ſemper enim cùm actor in probatione deficit (námque is onus probandi ſuſtinet) victoria reo paratur : quamuis enim res de qua agitur poſſidentis non ſit cauſam:tamen obtinet cùm actor probare non poteſt rem ad ſe pertinere, & vt ait hîc Tribon. remanet in ſuo loco poſſeſſio, pro qua prius pronuntiatum fuit,quam de proprietate ageretur.

Poſſidere autem dicimur non ſolùm per nosipſos; ſed etiam per filios quos in poteſtate habemus,& per inquilinos, colonos, depoſitarios,cõmodatarios,per quos ciuiliter poſſidemus, & per eos poſſeſſionem retinere poſſumus.Poſſeſſionem enim ſemel corporaliter traditam,ſolo animo retinere poſſunt. Fieri autem non poteſt vt ſolo animo iam primũ poſſeſſionẽ nanciſcar,Theoph. & hic §.poſſidere.

In vtroque interdicto vti poſſidetis, & vtrubi is vincet qui poſſeſſionem, nec vi nec clam, nec precario ab aduerſario litis conteſtatæ tempore obtinet, §. quorum, in fin. vtriuſque interdicti poteſtas quantum ad poſſeſſionem pertinet exequata eſt.

Hæc autem interdicta vti poſſidetis, & vtrubi duplicia dicuntur; quia par vtriuſque litigatoris condi

conditio in his est, nec quisquam præcipuè reus, vel actor intelligitur, sed vnusquisque tam rei quam actoris partes sustinet, §. tertia diuisio, in fin.h.tit. quia cum interdicit ad vtriusque personam, non ad vnum sermonem suum dirigit, & in hæc verba vti possidetis quominus possideatis vim fieri vult. Theophil. Sed hæc formula non obseruatur, sed perinde iudicatur, siue interdictis vtili actione proposita, qua quisque intendere consueuit, constituo aduersus te vtilem actionem, veluti ex interdicto retinendæ Saluiano, aut alio. Theoph. de formulis libellorum & actionum in fin.tit. dicemus.

§. *RECVPERANDÆ.*

INTERDICTVM recuperandæ datur ei qui vi ex possessione fundi; vel ædium deiectus fuit; tametsi ab eo causam haberet, à quo deiectus vi, clàm aut precario; quia in hac quæstione spoliatus ante omnia restituendus, & qui deiecit cogitur restituere: siue vis priuata, siue armis, siue vis publica cum armis fuerit. Vis enim est non solùm cùm homines vulnerantur, sed & tunc quoties id quòd sibi deberi putat per iudicem non reposcit, l. extat, ff. de eo quod met. causa, & vis huiusmodi corrigitur, per l. si quis in tantam. C. vnde vi,

vi,quia deiectus. siue mora,siue cũctatione & celeri reformatione reiecta, omni spoliationis exceptione restitui debet, l.si quis ad se fundum,C. ad leg. Iul. de vi.l.si coloni, C.de agricol.& cens. can. reintegranda 3.q.1. modo qui se vi deiectum contendit, de possessione sua, & de vi aduersarij cap.1.2.3.& 4. quæst.1.cap.olim causam. de restit. spol.& cap.causámque quæ filij sunt leg.quòd si constet spoliatus ante omnia, & citra moram est restituendus, & prius de vi quam de proprietate quærendum: c.1.& c.in litteris de rest.spol.l.si de vi,ff.de iud.& d.l.si quis ad se fundum.tantùm est enim restitutio, ius fauor tantùm spoliationis odium, vt nulla exceptio admittatur quæ fucum faciat delicto, & audaciæ vim inferentis, vt ne quidem pœnitentia crimen eluatur, l. qui ea mente,ff. de furt. l.si quis fugitiuus, in princ.ff.de Edil. edict. neque tali pœnitentia nocens esse desinit.

Prohibitoria interdicta, alia simplicia, alia duplicia dicuntur; simplicia quidem actor est qui desiderat, ne quid fiat in loco aut flumine publico, & eiusmodi reus qui aliquid facere conatur, sed duplicia: Ideò, quia vt diximus vnusquisque tam actoris quam rei partes sustinet, vt in interdictis vti possidetis & vtrubi.

LIBEL

§. *LIBELLVS IN ADIPISCENDA possessione.*

Aut interdicto quorum bonorum.

Il faut au premier deduire le decés d'vn tel, & suruiuance d'vn tel demandeur son plus proche parent, & par consequent son heritier ab intestat au bien, deduire le testament, & par iceluy il est heritier, tel tenu & reputé. Que le defunct & testateur tenoit du temps de sa vie & mort plusieurs biens, mesmes ceux qui sont particulierement designez, en la parcelle desquels il estoit vray maistre & possesseur & proprietaire, tel tenu & reputé, lesquels biens sont detenus par tels & tels, & sont mesmes biens, & non diuers.

Conclud à ce qu'il soit declaré heritier, & en consequence qu'il sera mis & maintenu en la possession de ses biens, & lesdicts defendeurs respectiuement condamnez à vuider lesdictes pieces par eux detenues, auec restitution de fruicts, despens dommages & interests: & inhibitions de troubler le demandeur, à peine de, & autre arbitraire.

In retinenda possessione.

Comme vn tel seroit depuis tel temps possesseur d'vne telle piece, ainsi confirmée, prenant les fruicts & vsufruicts d'icelle comme de sa chose propre, au veu & sceu de tous ceux qui l'ont voulu voir & sçauoir, sans au-

cun trouble, contradiction ou empeschement, si ce n'est depuis vn tel temps qu'vn tel se seroit ingeré tant par luy que ses seruiteurs & entremetteurs, d'empescher le suppliant en la culture, semence & perception des fruicts d'icelle, ou par ses grangiers à son grand dommage & interest.

Ce cõsideré vous plaise maintenir le suppliant en sadicte possession & iouïssance de ladicte piece, fruicts & reuenus d'icelle, auec inhibitions audit tel de le troubler, à peyne d'amende pecuniaire, ou autre arbitraire, auec despens, dommages & interests. Le Iuge mettra par son decret lettres aux fins de la requeste, & en cas d'opposition iour par deuant luy. Ou bien il mettra seulement, lettres pour appeller partie le premier, au cas qu'il y ait opposition, est reduit en decret de simple citation & adiournement.

In recuperanda possessione.

Comme par tel & tel temps le suppliant seroit maistre, seigneur & possesseur d'vne telle & telle piece au veu & sceu de tous. Ce neantmoins vn tel de son authorité priuée, par force, violence, & par voye d'effect en auroit spolié ledit suppliant contre sa volonté, l'en ayant depossedé.

Ce consideré vous plaise maintenir, & entant que spolié reintegrer le suppliant en la possession & iouyssance de ladicte piece, condamner ledit tel à la vuider & relaxer,

relaxer, auec restitution de fruicts, despens, dommages & interests.

Le Iuge ne peut mettre, que lettres pour appeller partie. On pourra conclurre criminellement à ce que le Greffier soit commis pour informer sur le contenu de la Requeste; qui contient la possession & le trouble, pour l'information rapportée, estre pourueu ainsi qu'il appartiendra.

L'information rapportée, la partie conclurra à adiournement, ou prinse de corps. Le Procureur d'office, ou Procureur du Roy, peut conclurre de mesme, & le Iuge decerne adiournemēt personnel, ou prinse de corps, si la violence est d'importance, contre celuy qui aura faict la spoliation & donné le trouble.

Et est certain qu'en ceste action vient la restitution de la piece; & l'estimation d'icelle, h.tit. §. sed ex constitutionibus, & d.l. si quis in tantum 7. C. vnde vi, *les fruicts, les despens, dommages & interests*: quia id omne consequi debet quod habiturus fuisset si non fuisset deiectus, l.1. §. qui vi. ff. de vi, & vi arm.

Id tamen animaduertendum est eum qui vi deiicitur posse vim vi repellere; l.1. §. eum qui, vers. vim vi, ff. de vi & vi arm. sed Antonius ait hîc, modò id fiat incontinenti, & non ex interuallo, text. in l. qui possessionem 17. ff. d. tit.

DE POENA TEMERE litigantium.

OMNIVM actionum instituendarũ principium ab ea parte edicti proficiſcitur, qua Prætor edicit de in ius vocando; in primis enim aduerſarius ad eum vocandus eſt, qui ius dicturus ſit; ſed liberi aut liberti parentes, aut patronos in ius vocare nequeunt; niſi petita venia, ſi contra faxint in eos pœnam quinquaginta ſolidorum conſtituit.

Lite itaque mota, ſi quis litigantium temerè litigauerit, patitur pœnas hic poſitas ſimpli, dupli, tripli, quadrupli, de quibus ſuprà tit.de act.& vltra victus victori in expenſis litis condemnandus, quantum pro ſolitis expenſis iurauerit, l. properandum, §.ſin autem. C.de iud.& l.ſancimus eod. ibi æſtimatione iudicis, & l.fin.§.1.de bono. auth. iud. poſſ.ibi, & expenſas ſecundùm quantitatem debitorum perſoluant eis qui ſententiam conſequuti ſunt per ſacramentum eorum manifeſtandas, ni iudices litem ſuam faciant, qui ſua ſubſtantia ſi hoc prætermiſerunt, huiuſmodi detrimentum læſis reſarcire compellitur, d.l.ſancimus, 1.& l.eum

l. eum quem temerè. ff. de iudiciis, contra eum qui temerè litem instituit vt in expensas condemnetur, & vt ait hic Imperator, vt improbus litigator & damnum & impensas litis inferre aduersario cogatur.

Sunt & quædam Iudicis, quæ vltra pœnam & expensas infamia notantur, vt in actionibus vi bonorum raptorum, iniuriarum de dolo, directis, tutelæ mandati, depositi, & pro socio in eo quòd malè versati sunt.

Sed vt faciliùs calumnia litigantium detegeretur, sacramento adigebãtur, ne quid per calumniam proponeretur, quod etiam vtriusque partis patroni subire cogebantur.

Auiourd'huy les parties se peuuent faire interroger auec serment de calomnie, in quacunque parte litis.

DE OFFICIO IVDICIS.

TITVLVS hic, meo quidem iudicio posterior esse voluminis huius debuit, vt & quę præcedunt sciat Iudex, quæ suæ erũt partes in iudicando in ciuilibus & criminalibus caussis, circa res, & circa actiones, de quo veluti epi-

logo in fine operis breuiter dicturi sumus.

Iudex autem à iure dicendo dictus, qui alicui iurisdictioni præest; constitutus aut à summo Principe, Rege nostro, aut ab inferioribus Dominis qui in suos homines iurisdictionem habent.

Princeps quidem habet à se constitutos *les Iuges royaux, Vibaillifs & Viseneschaux, qui ont leur Iurisdiction sur les suiects royaux en leurs ressorts, les appellations desquels s'en vont immediatement par deuant Messieurs des Parlemens, qui sont establis par le Roy, & qui ont la cognoissance des causes qui leur sont attribuées, mesme ce Parlement par l'Ordonnance d'Abbeuille, qui est locale, & iugent des appellations emanées des iugemẽs desdits Vibaillifs, Viseneschaux, & aucuns Iuges royaux, voire il y en a des autres Seigneurs qui ont le priuilege que les sentences de leurs Iuges par appel s'en vont à ladicte Cour, comme on void du Comté de Rossillon, Duché Desdiguieres, & autres. Les autres Seigneurs qui n'ont ce Priuilege, les appellations de leurs Iuges ne vont à la Cour*, omisso medio. *Car il faut aller ausdicts Vibaillifs & Viseneschaux, & les Iuges qui ne sont constituez & establis par ceux qui ont le pouuoir*, defectu potestatis, *ne peuuent prendre le tiltre de Iuges, & sont incompetens.*

Iudicium autem constituunt Iudex, actor, & reus, & personæ hîc adminiculantes, litigatori-

bus

bus quidem patroni causarum, & procuratores iudici assessores, Tabelliones, Scribæ, Actuarij, Apparitores. Quod Iudex iurisdictioni præsit iurisdicendi causa, colligitur ex iure, l. priuatorum, l. 3. Cod. de iurisdiction. omn. Iud. l. qui neque 81. ff. de iudic. priuatorum consensus Iudicem non facit, cùm qui nulli præest iurisdictioni, nec quod is statuit rei iudicatæ continet authoritatem, qui neque iurisdictioni præest, neque à Principe potestate aliqua præditus est, neque ab eo qui ius dandorũ Iudicum habet datus est; neque ex compromisso sumptus, vel ex aliqua lege confirmatus est, Iudex esse non potuit.

Iudex igitur is dicitur qui iurisdictioni præest, & ius dicendi facultatem habet, de consensu partium Iudex efficitur; quia prorogari iurisdictio in eum potest qui alicui iurisdictioni præest. l. 1. ff. de iudic.

Iurisdictionem autem Cuiacius definit notionem quæ iure magistratus competit. tit de iurisd. ff. Goueanus autem eodem titulo, quandoque pro notione, quandoque pro iurisdictione sumit, vt qui notionem, iurisdictionem quoque habere videatur, & prætor cuius munus iurisdictio est, ita ipse ius dicentis appellatione designatur, & quę ad ius dicentis officium pertinent plura pręceptor

ceptor meus ſcripſit, d.tit.de iuriſd. quem aduerſus Enguerranum Baronem ſcripſit.

Sed gloſſa ait, iuriſdictionem eſſe poteſtatem de publico introductam cum neceſſitate iuriſdicendi,& æquitatis ſtatuendæ,vt vnicuique ſuum tribuatur, gl.in l.1.ff.de iur.omn.iud.Chaſſ. tit. *des Iuſtices à la couſt.de Bourgongne* rub.1.num.18.

Et bien qu'aucuns ont tenu, que iuriſdictio eſt iuriſgentium, *laquelle a* ſuum,meum & tuum. Magiſtratus tamen qui expediendæ iuriſdictionis cauſa iuris ciuilis ſunt, vti videre eſt,ex tit.de officio magiſtratus,ff.eod.

Illud ſanè quòd notat in principio huius tituli Iuſtinianus verum eſt, nihilque magis eſt quod conueniat officio iudicis, ne aliter iudices quàm quòd legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditũ eſt:& l.1.§.ſed & ſi, ff.ad l.Cor.de falſ.ſed etſi Iudex conſtitutiones Principum neglexerit, punitur. l.1.non.82.in fi.ibi 12.non iudices,&c.

Cætera quæ de noxali iudicio dicuntur, de in rem actione, & hæreditatis petitione, de iudicio ad exibendum,de familiæ erciſcundæ, communi diuidundo,ſiue commodo diuidi nequeat,finium regundorum, & ſi in contumacem iudicum detur, de formulis ſententiarum & iudiciorum ſigillatim dicemus. Sed quia latiùs patet officium

iudicis

iudicis nonnulla prius dicenda sunt, quæ omissa sunt à compilatoribus, quæ ex plerisque iuris titulis eliciuntur.

In primis enim rei qualitatem plena inquisitione discutere; & tunc vtramque partem sæpiùs interrogare nunquid nos addere desideret, l. Iudex 9. C. de iudic. & quod omissum est à partibus in iure debet supplere, l. vnic. C. & quæ desunt, & proferre quod sciat legibus, & iuri publico conuenire.

Videant etiam Iudices ne ea per libellum expediant quæ causæ cognitionem desiderant, l. nec quicquam, §. omnia enim, ff. de off. procons. & leg. & de qua re cognouerit pronuntiare, quoque cogendus erit; l. de qua re 74. ff. de iudic. Inciuile autem est nisi tota lege perspecta vna aliqua eius particula proposita iudicare, vel respondere, l. inciuile 24. ff. de legibus.

Sed non quicquid Iudicis potestati permittitur id subiicitur iuris necessitati, l. tum quid quod 40. ff. de fund. nec exemplis, sed legibus iudicandum: omnes enim Iudices nostros, veritatem & legum iustitiæ vestigia sequi, l. nemo Iudex, C. de sent. & interlocut. omn. iud. & d. nou. 82. sancimus iudicare, secundum allegata & probata, non secundum conscientiam, Ias. in l. siue nostrum, ff. de in

lit. iur. n. 9. & Bart. in l. illicitus, §. veritas, ff. de off. Præf. Ideo Præses Prouinciæ id sequitur quod conuenit eum ex fide eorum quæ probabuntur, non ex vita & moribus actoris, & rei iudicandum, si probationes, testes, aut tabulæ deficiant, Gell. lib. 14. cap. 2.

Iuris quæstio in arbitrio iudicis non est, l. ordini. 15. ff. ad municip. his verbis, cuius facti quidem quæstio sit in potestate iudicantium; iuris autem authoritas non sit, l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. ibi, facti quidem, &c. quæstio in arbitrio est iudicantis, pœnæ verò persequutio non eius voluntati mandatur, sed legis authoritati reseruatur.

Iudex quoque confirmabit nutum animi sui, ex argumentis & testimoniis quæret aptiora, & verò proximiora esse repererit, vt quod aut credat aut parum probatum sibi opinetur, l. testium fides, §. 1. sed ex sententia animi, ff. de testib. & l. ob carmen, §. si testes, vers. confirmabit Iudex eod. tit.

Sed si non fuerit probatum quòd actor intendit, reus est absoluendus: l. qui accusare 4. in fin. C. de eden. & l. si quidem 9. in prin. l. 2. C. de probat. l. 9. negauerit, C. de act. & oblig. actore enim non probante qui conuenitur, etsi nihil ipse præstet obtinebit, si quidem intentionem actoris probatione

batione deficere confidens, nulla Titij defensio necessaria est, idque quia in dubio, aut cùm pares sunt probationes pro reo est pronuntiandum, & proniores esse debemus ad liberandum quàm ad obligandum.

In ambiguis pro libertate respondere, melius est inter pares numero Iudices si dissonæ sententiæ proferantur; in liberalibus quidem causis pro libertate statutum obtinet: in aliis autem causis pro reo, quod & in iudiciis publicis obtinere oportet, si diuersis summis condemnent Iudices, minimam spectandam esse Iulianus scribit, l. Arrianus ait 16. ff. de act. & oblig.

In ambiguis etiam pro dotibus respondendum, etiam aduersus fiscum, nec puto delinquere eum, qui in dubiis quæstionibus contra fiscum facilè responderit, idque maximè in dote, in qua mulier cum fisco in hypotheca pari passu ambulat, vti diximus suprà, nisi in causa primipilari.

Ces choses presupposées, il faut que le Iuge se resolue d'auoir certaine, du moins generale cognoissance du droict, & des Ordonnances, poursuyuant leurs dispositions, pour rendre iustice à ceux qui la luy demanderont; dequoy nous traicterons aussi generalement que sommairement cy-apres, pour prendre desir d'en auoir vne plus speciale; parce qu'il pourra specialement

& curieusement rechercher par les volumes des Loix, & desdictes Ordonnances.

Le premier à quoy faut prendre garde, quand on s'adressera à luy pour auoir iustice, si les parties y consentiront : car si aucune decline sa iurisdiction, ou le recuse, il doit faire droict par vn preallable sur la fin de non proceder. Car comme il ne peut estre Iuge d'vne cause, sinon que le domicile du defendeur, ou la chose que l'on demande soit riere le ressort de sa iurisdiction ; parce que le demandeur debet sequi forum rei, *si cela n'est pas, & le defendeur auant que contester demande d'estre renuoyé à son Iuge, il faut qu'il y renuoye les parties, & le fera par decret, ou par ordonnãces.*

Tout cela se peut colliger des titres du Code, quibus constituitur vis & potestas iurisdictionis, lib. 3. vbi de hæred. de fideicommiss. in rem actio. de ratiociniis. *Et cela est pour les Cours inferieures: car il y en a quelques vnes, qui sont par priuilege traictées en premiere instance, pardeuant la Cour de Parlement, comme sont les causes des Prelats, des Chapitres, des Communautés, des pauures, & miserables personnes, lesquelles commencées pardeuant les Iuges inferieurs, ils n'en doiuent prendre cognoissance, mais les renuoyer à se pouruoir pardeuant la Cour, mesmes les causes desdites Communautés, & les causes du Domaine du Roy.*

Que

Que si le Iuge est recusé, ce qui se doit faire auant contestation, sinon que iurant que de nouueau les causes de recusation luy sont venuës à notice : si les causes sont legitimes, il se doit abstenir, & renuoyer les parties à vn autre, les Iuges & leurs Lieutenans, les Vibaillifs & leurs Lieutenans particuliers, aux plus anciens Aduocats, qui sont aussi en leurs absences & empeschement, Lieutenans par l'Ordonnance : Messieurs les Presidens & Conseillers ne renuoyent pas, mais la Cour sur Requeste dict, apres auoir ouy celuy qui est recusé, ordonne ou qu'il soustiendra, ou que le recusant verifiera dans trois iours, sous les peines de calomnie pour chacun article ; ou elle met, il n'y a lieu, & soit enregistré, & faut que les recusations se proposent par Requeste, non pas en Audiance. Cela seroit amandable, comme celles aussi qui seront calomnieuses seront amandables par les Ordonnances arbitrairement ; & par icelles les parens, iusques au quatriesme degré seront recusables, & ceux qui sçauront les recusations admissibles contre les personnes, seront tenus les declarer sans attendre la recusation. Ordonnance de l'an 1579.

Toutesfois selon le droict, in c. postremo. ex de appell. *pour la consanguinité, la recusation se pourroit faire iusques au septiesme degré, mesmes quand ce sont iniures*, quæ afficiunt genus & familiam, & in

quibus agere proximus poteſt, etiam inuito iniuria affecto. Item Dominus in cauſa ſerui ſi ſuffragantis aduerſarij, ſi Iudex ſimilem cauſam habeat qui pro aduerſario conſuluit, aut ſi curauerit cauſam ſibi committi, ſi in ea cauſa pro aduerſario fideiuſſor fuerit, ſi inimicitiæ ante ortæ cum Iudice, quibus ſe vlciſci deſideret. Graue eſt enim coram ſuſpecto Iudice litigare.

Iudice itaque conſtituto qui ius dicere intendit, noſcat neceſſe eſt quot contractuum ſpecies ſint, qui ſeruandi, quíque reiiciendi: nam de quibuſdam Prætor iudicium non dabit. Interdum perſonæ contrahentis vitio, vt ſi furioſus, prodigus, mente captus, pupillus, non dolo capax, adultúſve, curatorem non habens promiſerit quidpiam daturum, factorúmve ſe, vel nudo pacto, quod actionem iure ciuili non parit, vel veſtito, ſeu re, ſeu verbis, ſeu litteris, vel ipſe, vel eius Procurator obligatur, vtque nunquam reſtituat in integrum, neque paſſim, vtque diſcernat an ex te actio veniat, factíque ſint locupletiores, eorúmve cauſa quid ab alio ſit impenſum. Paul. de actio. & & obligat. hi verò alios ſibi obnoxios facere acquireréque, & ſine curatore poſſunt, & ex quibus cauſis nobis ignorantibus actiones acquiruntur, ex eiſdem & furioſo quoque acquiri Pomponius

de

de rebus creditis sentit. Minorum quoque & mente captorum personæ, non modò ex contractibus liberantur, verùm & ex delictis dum illis mitiùs: hi verò nequaquam plectendi sunt, quibus nulla neque mens, neque iudicium, neque consensus vllus est, quique suo satis plectuntur furore, & morbo, minores tamen: ita demum à contractibus liberãtur, si læsi ad tract. de rest. in int. vti dicemus.

Filij autem familias possunt de omni causa pacisci, præterquam ex mutuo accepta pecunia ob Macedonianum.

Sic etiam muliebris fragilitas Velleyani remedium habet.

Sed filiusfamilias obligat patrem peculio tenus, nisi in publicis muneribus obeundis, aut vbi pater est fideiussor, aut in rem patris versum appareat. Qui etiam patri statim acquirit, nisi de castrensibus, aut quasi castrensibus quæratur de quibus testari potest, non de aliis: nec patrem in ius vocare potest, nec aduersus ea quæ cum patre gesta sunt restitui, vti dictum est, tit. de rest. in integrum & tract.

Sunt & alij qui contrahere non possunt, veluti Monachi, nec delati post delictum commissum, & quæ in fraudem fisci aut creditorum fiunt, nam hîc reuocantur.

Constat

Constat etiam plerúmque reum causa contra-ctus vitiari; veluti si res sacra publica, aliena, dotalis; neque enim licet contra leges mercari, aut si res sit impossibilis, aut turpè quid promittitur, aut sine causa, aut quod in delicti speciem cadit, quæ sunt edictis, legibus, Senatusconsultis, aut moribus interdicta, siue à lege, siue à testatore alienari prohibita.

Item & doli fraudísve interpositæ causa, contractus interdum nulli sunt, quandóque exceptione rescinduntur.

Neque is qui ex iusto metu vi publica, aut priuata contraxit, obligatur.

Quandóque etiam & loci, & temporis causa contractus inutilis est.

Item & si quid eorum quæ ex forma desiderantur, obmittuntur; vel ex natura, vel substantia contractus actus subsistere non potest: sed ipso iure, aut conuentiones nullæ, vel exceptionis ope dissoluuntur.

Adiri quoque potest Iudex in causa testamentaria, in qua eius vis maxima est, dùm interpretatio veritatis sit in arbitrio iudicantis: sed animaduertendum est, qui ius testandi datũ, quibus interdictum sit, vt eorum quibus licet volũtates tueatur, & ita interpretetur, ne corruant improbus;

námque

námque eſt qui nititur infringere pia defunctorum iudicia, cùm reipublicæ interſit ea exitum habere.

Animaduertere debet an forma obſeruata ſit, ſiue nuncupatiui, ſiue in ſcriptis, ſiue militaris, ruſtici, cæci, parentum inter liberos, an eo tempore quo minor ſolemnitas deſideratur; ſi deficiant in inſtitutione, aut exhæredatione liberorum, ſi à primo, aut ſecundo gradu præteriti: denique & modos quibus teſtamenta inficiuntur, quando iuſta non ſunt, & ſecundùm præcepta legum condita & cùm agnatione poſthumi rumpuntur, quibus mediis quoque ſuſtineantur.

Tum etiam variarum ſubſtitutionum ſpecies & gradus, qui excedere non poſſunt quartum, & reducti ſunt in poſterum ad duos gradus vltra hęredis inſtitutionem, de vulgari, de pupillari, expreſſa & tacita, de exẽplari, de reciproca & compendioſa, de fideicommiſſoria, & earum vi, & quando expreſſa aut tacita mater excludatur, aut ad legitimam redigatur, & quando legitima Falcidia, Trebellianica detrahi poſſit, & quando illa quæ quarta inſtitutione dicitur, quando hæres eſt rogatus reſtituere quod ex hæreditate ſupererit, conditionéſque, modos quibus conceptæ ſunt: maximè eam quæ ſi ſine liberis agitata variis mo-

Sunt námque plures modi quibus augeri vel minui pœnæ possunt, nempè causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, euentus, qui diligenter inspiciendi sunt.

Vti id eligat genus pœnæ, & supplicij, nec modum excedat, sed modum in mulcta habeat.

De forma iudiciorum quæ diximus constare actori reo & Iudice, quædam sunt vniuersalia, quædam generalia, quædam particularia, in quibus sententia conformis esse libello debet.

Vniuersalia continent vniuersitatis adiudicationem, veluti hæreditatis, & testamento, aut ab intestato, aut substitutionis, his verbis; *Nous auōs par ce que resulte des actes en interinant la requeste du demandeur, condamné le defendeur à vuider les biens mentionnez en la parcelle, qui ont appartenu du temps de son decez à vn tel, auec restitution de fruicts dés le plaid contesté.*

Et pour la substitution declare la substitution auoir lieu en la personne du demandeur, & en consequence de ce condamne le defendeur à vuider les biens de traict ce que faict à detraire.

Hemerulia, vt negotiorum gestorum tutelæ, *& semblables; ausquels le defendeur est condamné à rendre compte, & prester le reliqua auec despens, dommages & interests.*

Particularia sunt vindicationes, aut ex conducto & locato, & alia eiusmodi, *ou le defendeur est condamné à vuider la chose auec despens.*

Mais faut in summariis causis *proceder sommairement*, etiam iuris ordine non seruato modo, non obmittatur citatio & contestatio, *laquelle n'est requise pardeuant vne Cour souueraine.* Hîc notãd de iudicio ad exhibendum; vt reus condemnetur in non exhibendo ad id quod interest actoris cum sua causa.

In familiæ erciscundæ iudicio, singulæ res singulis hæredibus adiudicantur, idem in communi diuidundo, quando de pluribus rebus actum est: sed si ex his quædam commodam diuisionem non recipiunt, integra vni adiudicatur, qui alteri præstare certam pecuniam condemnandus est.

Idem quoque in finibus regundis, si quid maliciosè gestum est: tamen propter auulsos lapides, aut cæsos arbores finales, siue præsens, siue contumax; condemnatur in id quod interest, etiam cum iuramento in litem, ait gloss. hîc. §. fin.

Quia hoc §. finali aliquid de contumacia dicitur, videndum quibus modis & mediis in contumacem ius, & quis verè dicitur contumax.

Ex quacunque causa ad Prætorem, vel alios qui iurisdictioni præsunt in ius vocatus venire debet,

vt

vt hoc ipſum ſciatur an iuriſdictio eius ſit , alioqui mulctabitur, l.2. ff. ſi quis in jus vocati non ierit , & is contumax dicitur qui vocatus , & interpellatus ſui copiam non facit, & præſentiam ſui facere contemnit, l.contumacia 53.ff.de re iud. etiam priuilegium fori allegaturus comparere debet,l.ſi quis ex aliena,ff.de iudic. in fin.ibi vt in ius vocati.

Autrement à faute de ſe preſenter en perſonne, ou par Procureur, ſpecialement fondé, le Iuge octroye defaut.

Les formes des defauts & congediez ſont traictez exactement par le reiglemẽt de la Cour en dernier lieu, faict le 14. Aouſt 1618. auec le ſauf requis ſelon la diſtance des lieux, au 41. article, tiltre des congediez & defauts que nous ne rediros icy. Ce qu'auoit eſté auparauãt tiré de l'Ordonnance de la Cour de Parlement de Paris de l'an 1534. par le Guenois en la conference des Ordonnances, lib.3. tit. 4. des deſlais & defauts.

Nous marquerons tant ſeulement quelques cas, eſquels par vn ſeul defaut auec ſon ſauf, l'on peut obtenir les fins & concluſions de ſa demande, leſquels ſont tirez des Ordonnances & remarques par le Guenois en la practique ciuile & criminelle de Imbert, liure 1. chap. 8. des defauts, leſquels ſont eſcripts au petit liure du Calendrier de la Cour en ces mots.

CAS POVR LE IVGEMENT desquels il ne faut qu'vn seul defaut.

FAIRE taxer despens, exequuter sentence,
Salaires demander, fournir medicamens,
Et viures aux blessez, & pouruoir d'alimens,
Celle qui de son dot poursuit la recouurance.
Garnir la belle main qui porte la balance,
Interposer decret, conferer documens,
Appeller le Notaire à leuer instrumens,
Consentir vn sequestre & donner asseurance.
Contredire, ou former vne opposition,
Cognoistre sa cedulle, ou sa soubscription,
Accepter l'heritage auec le benefice.
Ce sont quatorze cas, où par vn seul defaut
On gaigne son procez : mais encores il faut
Les comptes adiouster du depost de Iustice.
Et de plus, Quand on fait adiourner sur euocatiō,
Vn defaut seul suffit pour la retention.

Pour les autres cas, nous auons dit ailleurs en ce liure, qu'il y faut deux defauts, sur lesquels, si le demandeur n'a verifié sa demande, il est ordonné qu'il la verifiera partie appellée, laquelle est apres appellée auant le iugement, pour contredire tiltres & tesmoings: & ce

& ce faict, les pieces remises par deuers le Iuge, il donne sa sentence secundùm acta & probata.

DE PVBLICIS Iudiciis.

IVDICIVM est potestas de rebus priuatis, aut publicis ex iure & legibus Romanis iudicandi: lib. 2. de antiq. iur. ciu. Rom. c. 18. sed etiam iudicium dicitur res iudicata, seu sententia prolata per Iudicem, qui forensi præest cognitioni, ita iudicium & iudicatum sumitur, l. de qua re 74. §. fin. ff. de iudic. & l. inter stipulantem, §. 1. ibi iudicium etiam 3. ff. de verb. oblig. Porrò ius in publicum & priuatum diuiditur, vti lib. 1. diximus. & publicum quidem quoad statum rei Romanæ spectat, priuatum quod ad singulorum vtilitatem pertinet.

Aliter ius testamentorum iuris publici esse dicitur quod lege XII. Tabularum est constitutum, siue qua supremæ hominum voluntates non valerent, quasi in tempus alienum collatæ Gouea. ad l. Paulus 1. ff. ad leg. Falc. in verbo iure publico.

Iudicia

Iudicia quoque in publica & priuata diuiduntur, de quorum vi & differentia fuse Cuiacius, lib. 1. obseruationum, cap. 33.

Hîc publica dicuntur, quia cuiuis ex populo executio eorum plerúmque datur; id est, accusatio vti colligi potest, l. 1. & seqq. ff. de accusationibus, in iure vbi videas, & qui accusare possunt, & qui prohibeantur.

Sed ideò dicuntur publica, quia ex legibus publicorum iudiciorum veniunt quæ enumerantur, l. 1. ff. de iudiciis, quibus adiicit duo Iustinianus, vti ex his quæ sequuntur apparebit, ex quibus qui agit, vt ait hîc Theophilus, ita ait hac lege postulo, quibus aut pœna capitalis, aut pecuniaria indicitur, ac proinde quædam capitalia, quædam non capitalia sunt.

Crimina publica quæ hîc enumerantur, sunt ea quæ sequuntur. Lex Iulia maiestatis; lex Iulia de adulteriis, lex Cornelia de sicariis, Pompeia de parricidiis, lex Cornelia de falsis; quæ etiam testamentaria dicitur; lex Iulia de vi publica, seu priuata, lex Iulia peculatus, lex Fabia de plagiariis, lex Iulia de ambitu, lex Iulia repetundarum, lex Iulia de annona, & lex Iulia de residuis: de his §§. sequentibus dicetur.

§. PV

§. *PVBLICA AVTEM iudicia hac ſunt.*

CRIMEN læſæ majeſtatis lege Iulia coërcetur, vti videre eſt lib. 48. ff. tit. 4. & Cod. lib. 9. tit. 8. vbi videas tormenta ſi de accuſatione non liquidò conſtet in accuſantem, & in accuſatum, ſeu quæſtiones adhiberi, bona publicari, ciuitatem amitti, libertatem eripi, & aliàs vi tum adimi, atque ideò plures gradus pro emendatione, ſeu pœna ſceleris conſtituti ſunt, quos ex Greg. ſyntagm. lib. 35. cap. 1. poteris colligere, & varia genera ſuppliciorum in diuerſis prouinciis tam aduerſus ſingulos, quàm aduerſus vniuerſitates ipſas, ſed hi qui rei ſunt huius criminis in primo capite; quales ſunt hi qui in Principem, aut Rempublicam aliquid moliuntur, ſi cõuicti ſunt capite puniuntur, & illorum memoria damnatur, eorúmque liberi perpetuò infames remanent, & omnis ſucceſſionis incapaces, adeò vt eis mors eſſet ſolatium, vita ſupplicium, l. quiſquis, C. ad l. Iul. majeſt. Adde quod in hoc crimine duo ſunt capita, primum eſt, quando committitur contra Principem, vel contra Rempublicam, l. fin. ff. ad leg. Iul. Majeſt. & hoc caſu patiuntur pœnam ſupradictam, & coniuncti, & co-

rum liberi. Secundum caput est, quando committitur, non contra Principem, nec contra Rempublicam, & hoc casu punitur delinquens capite; liberi autem nec damnantur, nec hæreditate priuantur. Quadraginta autem modis quis incidit in crimen læsæ Majestatis, qui enumerantur à Iulio Claro, in §. læsæ Majestatis, vbi etiam notat ea quæ speciali animaduersione digna sunt in examine huius criminis, & triginta aut circa singularia notat. *Et Papon recite les cas plus singuliers, & les supplices, au 2. de ses Notaires, tit. du crime de lese Majesté.*

Nous auons aussi les Ordonnances marquees par le Guenois en la Conferance des Ordonnances, liu. 9. tit. 5. practiq. d'Imbert, lib. 3. n. 7. *où il traicte aussi des genres, & especes des supplices par mort, qui sont touresfois remis à l'arbitration des Iuges, selon la grauité de l'excés & atrocité d'iceluy,* Cuiac. cap. 33. lib. 8. obseruationũ. *Ie remarqueray icy vn crime qui n'a esté touché par les susnommez, qui semble estre de lese Majesté:* nempe imminuti Magistratus. Magistratum imminuere dicebant veteres, quod nunc derogare iuribus & prærogatiuis officij dicunt, Cic. 3. Verris, vbi Ascon. pæd. Cur imminuisti ius legationis? vbi DD. Qui potestatem, inquit, suam in administrando non defendit, imminuti

minuti Magiſtratus ; veluti Maieſtatis læſæ reus eſt.

§. ITEM LEX IVLIA DE *adulteriis coërcendis & ſtupro.*

De hoc crimine ſunt hi, ff. & C. & latam eſſe legem à Diuo Auguſto, ff.lib.48.tit.5. & C.lib.9. tit. 9. & committitur adulterium in nupta, ſtuprum in vidua, vel virgine; eſt autem adulterium illicitus coitus cùm alterius coniuge, viro, vel fœmina: l.1.ff.eod.ſed ad nuptam potiſſimùm fœminam: quidam homines referunt quod ea re Azo in rubric. C.eod.definit alienæ matrisfamilias eſſe corruptionem, dici itaque poteſt eſſe illicitum coitum, & alienæ matrisfamilias corruptionem, & nuptiarum ſacrilegium, & alteros tanquam nuptiarum ſacrilegos, cap.puniendos ait Imperator: l.quamuis 30. in fin. C. res enim inter homines ſacratiſſima coniugium, quod non tantùm polluunt, ſed honore quoque ac decore omni ſpoliant, ac nomen quoque ipſum indicat quæſtionem adulterij ad eam iniuriam pertinere, qua alterius familiæ ſtirpes adulterinæ inferuntur, l. Interd. 6. ff. eod. & hac de cauſa pœnam adulteriis præcipuè conſtitutam, ne videlicet

hoc nefario coitu confunderentur familiæ, redderetúrque incerta violati thori ſoboles, ac innocentes mariti ſæpè inimiciſſimorum filios pro ſuis alere atque agnoſcere cogerentur, Philo in lib. de 10. præcept. eccleſ. 23. cap. Ex alio verò filios ſtatuit ſibi quæ in virum deliquit, & fornicata eſt, in quo non tam perſonam agentis quàm patientis, ſeménque adulterinum concipientis & confundentis cum maritali intuemur, quia thorum mariti violatus; eíque ſobolem incertam reddunt. *La peyne de ce crime par la loy Diuine eſtoit la mort, & par ladite loy*, quamuis, ſed ex ſententia Fabri, Iuſtinianus de iure nat. gen. & ciu. §. ex non ſcripto n. 25. In Francia nunquam fuit auditum quod adulter puniretur pœna Iuris. *Combien que le Guenois en la practique d'Imbert en allegue pluſieurs arreſts donnés au contraire*, lib. 3. cap. 22. num. 19. *où il s'eſtend fort ſur les genres & diuerſitez de peines qui ſont à l'arbitration du Iuge, & ſelon l'enormité des circonſtances plus grandes ou moindres, ſans s'arreſter à l'Auth.* auth. ſed hodie, C. h. tit. *Car on ne practique ceſte conſtitution de les enuoyer en Monaſtere, & à vray dire*, ſunt quinque crimina quæ capite vindicantur, læſę maieſtatis, homicidij, veneficij & maleficij, ſtupri, & raptus, Accurſ. in l. vnic. §. illo proculdubio, C. de vir. & vxor. act. l.

con

cõsensu, C. de repud. l. cùm mulier, ff. sol. ma. auth. 12. lic. matr. & au. §. quia vero, Boër. decis. 338. n. 7. & 8. *La femme conuaincuë d'adultere est priuée de son dot & gains matrimoniaux*, & remanent penes maritum, Boër. decis. 338. dicit communem hanc esse opinionem, si modò maritus actionem proposuerit, & conquestus fuerit, & hoc casu etiam ad hæredes transfertur, qui contra matrem agentem vti Iure retentionis poterunt, Salic. in l. fin. C. de ad Alex. in l. rei iudicatæ, ff. solut. mat. & cons. 189. vol. 6. Bald. cons. 88. vol. 1. Campes. tract. de dot. tertia parte, num. 228. ídque maximè si hæredes sint sui non extranei, atque ideò hæres mulieri dotem repetenti opponere de adulterio commisso poterit, & dotem retinere. Quod si maritus cõquestus non fuisset, hæredes obiicere non possunt, Panorm. in cap. plerumque de don. inter vir. & vxor. num. 7. Bald. in cons. 382. vol. 1. sed si post adulterium commissum reconciliati fuerint, nec maritus, nec hæredes agere, nec excipere possunt, nec dote mulier priuatur, Panor. in d. c. plerũque Idem dicendum si maritus sciuerit & dissimulauerit, hæredes componere non possunt, nisi postea quam sciuit, ita repente decesserit, vt opponere & conqueri non potuerit, hæres dotem retinet. Campes. q. 228. Alex. in d. l. rei iudicatæ, & Boër.

decis. 338. *Que si le mary dissimulant estoit maquereau de sa femme*, l. cùm mulier, ff. solut. matrim. nec dotem retinet, nec vxorem accusare potest; quia lenocinij exceptione repellitur: cur enim improbet maritus mores quos ipse aut ante corrupit, aut postea probauit, l.2. C. eod. & puniuntur pœna mortis in auth. de lenociniis, §. præconisamus, sed de consuetudine non puniuntur pœna mortis, sed flagellantur cum mitra, vel afficiuntur alia pœna arbitrio Iudicis, Iul. Clar. lib. 5. sen. quæst. 68. n. 23.

De stupro, sodomia, incestu, poligamia, multa per Rebuff. Iul. Clar. *& le Guenois* ad Imbert. d. locis, *& du crime de rapt, qui sont les mariages clandestins.*

§. *ITEM LEX CORNELIA, de sicariis.*

HAC lege, qui hominem occiderit telo, aut veneno, capite damnatur hoc §.

Telorum autem appellatione, omnia ex quibus singuli homines nocere possunt accipiuntur; l. hi qui ædes 11. §. telorum. C. ad l. Iul. de vi pub.

Neque refert occidat quis, an causam mortis præbeat: l. nihil interest, Cod. hoc tit. Sed qui occidit, si hoc non occidendi animo admisit absolui posse,

posse, l.1. §. Diuus Adrianus, C.hoc tit. veluti si casu magis quam voluntate fecerit, quod ex genere teli aut loci in quo percussus est concipi & constitui potest, lege Diuina capite puniuntur, *liu.des Nombres 35. Exod. 21. Deuter. 10. 19. Leuit. 24. & auiourd'huy en France tous homicides sont punis à mort: Les assassins & guetteurs des chemins de la plus grieue mort de tous ceux-cy. Le Clarus,* in verbo homicidium, *& le Guenois sur l'Imbert,* liu.3.chap.22. num.16. *& ceux qui se sont battus en duel sont punis par l'Ordonnance du Roy, & leurs biens & corps confisquez, voire exequuter les morts, & ceux qui en sont eschappez.*

Mais celuy qui a tué en se defendant cum moderamine tutelæ suæ, *ne peut estre condamné: Car comme dit Ciceron* pro Milone: Omnis honestas est ratio expediendæ salutis. *Mais il luy faudra lettres du Roy, autrement les Iuges ne le peuuent absoudre*, Iul. Clar. vbi sup. n.72. & seqq. vim vi repellere licet.

§. *ALIA DEINDE LEX.*

EST lex Pompeia de parricidiis, contra eos qui in parentum numero sunt manus violentas intulerint & occiderint, non pœna hîc posita: sed in Gallia, *ils sont pendus & bruslez*, Guen. vbi suprà numero 14.

Ce

Ce crime est des plus detestables, & c'est pourquoy interrogé Solon qu'il n'auoit aucunes loix contre ceux qui auoient battu leurs parens, respondit, quod nullos tales exituros existimabat, & hoc scelus desperasset. Diog. Laërt. in Solone.

§. ITEM LEX CORNELIA de falsis.

HÆC lex Cornelia de falsis, quæ etiam testamentaria dicitur, est publicorum iudiciorũ, ciuus pœna est capitis, *contre ceux qui ont fait, ou fait faire faux contracts, ou porté faux tesmoignage. En ce crime celuy qui veut accuser vn contract de faux, faut qu'il demande à sa partie s'il s'en veut seruir & ayder, & apres qu'il aura respondu s'en vouloir ayder, il faut que l'accusateur face remettre le contract au Greffe, & apres qu'il aille s'inscrire & de croiser de faux, & apres il baillera par escript ses moyens de faux, qui seront produits par deuant le Iuge, qui ordonnera qu'ils seront montrez au Procureur general du Roy, ou au substitut des Baillages, si la cause y est introduicte: & ses conclusions veües, le Iuge declarera les faicts pertinens ou impertinens. S'il les declare pertinens, il ordonnera qu'il sera informé sur iceux, & que l'accusateur fera venir tesmoings, & cependat l'accusé tiendra les*

les arrests. L'information rapportée, elle sera monstrée au Procureur du Roy. Et apres decretée; & s'il y a preuue, l'accusé passera le guichet pour le faire respondre: & sur ses responces reglez à l'extraordinaire, s'il nie, pour estre les tesmoings recolez & confrontez. Que si l'accusé dit qu'il ne se veut seruir de la piece que l'on veut accuser de faux, elle sera reiettée quant à l'accusateur; & neantmoins le Procureur du Roy pourra faire informer s'il luy appert par les faicts que l'accusé soit chargé de la faulceté.

Que si les faicts sont declarez impertinens, l'acte demeure au preiudice de l'accusateur.

Lequel acte doit estre declaré exequutoire, pendente iudicio falsi, l.2.C.eod.ibi salua exequutione: salua exequutione criminis, debitorem ad solutionem compelli oportere.

Ceste forme de proceder est tirée des Ordonnances du Roy François I.1531.32.art 5.1535.art.10.1536. Conferan.liu.9.tit.13.liu.22.tit.12.art.8.

Mais il faut sçauoir qui sera tenu de faire l'exhibition. Il est dit en Guy Pape, quæst. 19. *que quand vn instrument est argué de faulx que le Prothocol doibt estre exhibé, & sur ladicte decision, Maistre Bonneton dict que c'est à celuy qui a produict & employé l'instrument d'en faire l'exhibition. Papon dict*

2. Not. liu. 2. tit. de l'exception peremptoire de faulx. Estre à la charge du produisant de faire apporter la notte, de laquelleaura esté prinse l'expedition impugnée, & ne le faisant il est debouté de l'effect de l'expedition sans passer plus auant.

Que si elle est representée apres, est procedé comme dessus à l'inscription en faulx.

Mais si le prothocol ne se trouue, Ferrerius en ladite decision dit, que l'expedition n'est censée faulse. Ce que ie croiroy pouuoir estre veritable, quand l'expeditiõ qui est produicte est faicte par autre Notaire que celuy qui auoit receu l'original: Car cette expedition ne vaut qu'elle n'ayt esté faicte partie appellée. Celle qui est faicte par le mesme Notaire qui l'a receuë, habet vim originalis, Felin. in c. Albericus, ext. de testib. in c. fi. ex. de fid. instrum.

Aussi ledict Papon, au lieu sus allegué, dict qu'il y a du peril en la necessité d'exhiber les prothocols qui ne demeurent ez mains des Notaires, & qui peuuent estre emparez par ceux-là mesme qui proiectent vne inscription pour à faulte de l'exhibitiõ, faire priuer leurs parties du fruict de leur expedition. Et partant apres auoir faict diligences, si le prothocol ne se trouue, & que ce soit sans le dol & fraude de celuy qui employe l'expedition escripte & signée par le mesme Notaire, ladite

expe

expedition doit valoir, ſinon que l'on vueille auſſi inſcripre ladicte expedition, ores que le prothocol ne ſoit exhibé. Ceſte forme d'inſcription a lieu non ſeulement contre les contracts publics receuz par Notaires, mais auſſi aux eſcriptures priuées, & en a eſté iugé par la Cour; auſſi le texte du droict le porte, in l. quid ſit falſum 23. ff. eodem, ibi ſi quis & Iul. lege Cornelia ibi qui ſignum adulterinum, eod. Quibus modis & in quibus rebus & actionibus falſum committatur vltra teſtamenta apparet, in l. 1. §. in rationibus, & in l. Paulus 16. §. Paulus, & tot. tit. ff. & Cod. eod. & de falſo, in teſtimonio, in moneta, in reſcriptis & ſigillis regiis.

§. *ITEM LEX IVLIA de vi publica ſeu priuata.*

VIS dicitur majoris rei impetus qui repelli non poteſt, l. 2. ff. de eo quod met. cauſa, vt quod vi fieri dicatur propter neceſſitatem impoſitam contrariæ voluntati, in l. 1. eod. & hoc iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis priuatæ crimen, incidat, l. hoc iure 194. ff. de reg. iur. quod ſit ſi quis vim arma-

tam,vel ſine armis commiſit,hoc §. Vis enim quæ armis fit,& conuocatis hominibus publica eſt,ea quæ ſine armis committitur priuata.

Armati autem non ſolùm dicuntur qui tela gerunt,ſed etiam quid aliud quod nocere poteſt, l.armatos, ff.hoc.tit. lex.1. & 3.& qui dolo,§. hac lege,eod. & pœna, l. quoniam multa facinora 6. C.eod. & pœna horum eſt capitis. Pœna autem vis priuatæ elicitur ex lege,nempe vt iure ſuo qui vim fecerunt priuentur, l. creditores,ff. d. tit. ibi ius crediti non habebit, ſi creditor ſine authoritate iudicis res occuper,hac lege tenetur, & tertia parte bonorum mulctatur, & infamis fit. Vis enim eſt cùm quid id quod ſibi deberi putat non per iudicem repoſcit, in l. extat, ff. de eo quod met. cauſ. Quemadmodùm autem agitur ad recuperandum id quod vi ablatum eſt,diximus ſuprà tit.de interdictis.

Ad vim quoque priuatam pertinet ex Senatuſcõſulto Voluſiano in eos qui improbè coëunt in alienam litem,vt quicquid ex condemnatione in rem ipſius redactum fuerit inter eos communicaretur, l.6.ff.de vi priu. Punitur etiam eadem pœna qui filiam, aut filium per vim ſtuprauerit. l.in ead.§.præterea, ff. & l. ſi confidens, C.de vi publ.

publ. & l. qui coitu. ibi qui vacantem mulierem rapuit, vel nuptam, vltimo ſupplicio punitur, & hoc §.

§. *ITEM LEX IVLIA peculatus.*

SACRILEGII inſtar eſt peculatus, & dicitur furtum publicum, à pecore dictum, Sext. Pomp. in lib. de verb. ſig. vt pecunia quoque ipſa quod neque æris, neque argenti adhuc erat copia; & tunc pœna grauiſſima erat duarum ouium, ob debita, aut triginta boum: ſed meliùs dici peculatus poteſt: l. pecunia ablata, vnde peculator pecuniæ ablator, l. fin. ff. eod. ibi ablatæ pecuniæ, & ea lege Iulia cauebatur ne quis ex pecunia ſacra, religioſa, publicáve auferat, néve intercipiat, vel in rem ſuam vertat, l. 1. ff. eod. & c. puniuntur, l. vni. C. de crim. pecul. & datur actio. Hæc etiam aduerſus hæredes eorum qui pecuniam publicam amoueruht, & in vſus aliquos retinuerunt, nec erogauerunt, l. fin. ff. eod. & l. ſacrilegij, §. eum quoque, d. l. fin. cùm in eis quæſtio principalis ablatæ pecuniæ moueatur, & hæc datur etiam aduerſus iudices, & magiſtratus qui eo tempore, quo in magi-

ſtratu erant publicas pecunias, ſubtraxerint: & in eos capitaliter animaduertitur vna cùm iis qui miniſterium illis adhibuerint, & cum iis qui res ab his furto ſubtractas ſcienter receperunt, aliis deportationi ſubiiciuntur, *& en ce lieu ſeruent les galeres pour leur peyne.*

§. EST INTER PVBLICA iudicia.

LEX Fabia de plagiariis, quæ interdum capitis pœnam ex ſacris conſtitutionibus irrogat, interdum leuiorem, vt ex C. & conſtitutionibus concipi poteſt. Alciatus, lib. 1. Parergon. Plagion ab obliquo dici ait, quia obliquis quibuſdam artibus & dolis in ſeruitutem liberos trahebant. Et Azo. ait, ad l. 1. Cod. de plagiar. quòd maximus plangor generatur parentibus ſi exportentur aut detineantur, & eis actio in rem datur, vt de ſeruo aut filio corrupto, l. vt tantum 14. §. de filio, ff. de ſerm. corrup. Azo. lib. 9. Codic. in ſumma. Idem Azo. ait, quòd is tenetur qui exportauerit de ciuitate in ciuitatem, vel quem alium locum, & capite punitur, l. quoniam 7. Cod. eod. l. fin. eodem, Plagiarij qui viuentium filiorum miſerandas

inſti

infligunt orbitates, in metallum, aut gladio feriuntur: hi ſunt qui à Cuiacio dicuntur, hoc tit. Lauernæ, & fragrant qui filios abducunt, fugant, perſuadent & fugitiuos celant.

Lauerniones autem dicebant antiqui fures quod ſub tutela deæ Lauernæ eſſent, in cuius luco obſcuro, & abdito ſoliti furta prædámque luere.

§. *SVNT PRÆTEREA.*

PVBLICA iudicia lex Iulia de ambitu repetundarum de annona & reſiduis.

De ambitu aduerſus eos datur qui pecuniam aliquibus dederint, & magiſtratum aliquem, vel honorem conſequerentur, Theoph. hoc tit. Sed hæc lex hodie ceſſat, quia ad curam Principis magiſtratuum citatio pertinet, non ad populi fauorem, l. vnic. in princ. Codic. hoc tit. *Ceux-là de iudicature qui ſont auiourd'huy à la collation du Roy comme tous autres, eſtoient conferez par ſa Maieſté, ſans rien prendre de ceux qui en eſtoient pourueus.* híque ad honoris inſignia non ambitione vel pretio, ſed probatæ vitæ & amplitudinis regiæ teſtimonio ſolent promoueri, qui iuramento

profi

profiteantur se pro administrationibus sortiendis, neque dedisse quidpiam, neque daturos vnquam fore, siue per se, siue per interpositam personam in fraudem legis & sacramenti, & quæ sequuntur, in l. fin. Cod. ad l. Iul. repetund. *au droict qui est des Empereurs Theodose & Valent, auant ceux-cy Vespasian, & apres luy plusieurs Empereurs ont rendu les Offices venaux, ayant esté le vray guidon de telles auarices & corruptions. Mais l'Empereur Alexandre Seuere en son Empire n'a voulu la vente des Offices: Iustinien en la nouuelle constitution huictiesme ayant suiuy celle de Theodose, comme dict le Cuias sur icelle, ne les à vendus, leur donnant salaires pour leur entretien, suiuant la constitution de Leon 97. Il me souuient que quand Maistre Claude Mitalier de Vienne fust pourueu de l'estat de Vibailly de Viennois par la resignation de Monsieur de Bussenant, la coustume estoit encor en vigueur, qu'il falloit iurer s'il auoit donné de l'argent à son resignant. Mais sa bonne foy & vertu cogneuë, pour ne le mettre en ceste peine, il n'en fut enquis par serment ny autrement, parce qu'on commençoit à vendre les estats de iudicature, outre que c'estoit vn des rares personnages de la France en toutes facultez, Latines, Grecques & Hebraiques.* Ad hanc legem accidere videtur

detur vitium ſimoniæ quod dedit cauſam colla-
tioni Beneficiorum.

REPETVNDARVM.

LEX Iulia repetundarum concuſſionaria di-
citur. *Car elle touche aux concuſſions commiſes par les Magiſtrats, & toutes perſonnes qui ſont en charge, & qui prennent preſens, & autres choſes par deſſus ce qu'ils peuuent prendre & doiuent pour leurs gages, ſportules & taxations iuſtes.* Repetitur autem &
pœna, & quod captum eſt vt ab his & ab eorum
hæredibus petitur, l. 2. Codic. hoc tit. l. 2. gloſſ.
ff. eod. & l. 1. Cod. Contra hæredes intra annum
actio datur, & ſemper ad eos peruenerit in
eos datur in quadruplum & quandoque exilio
deportatione, aut capite puniuntur. l. lex Iulia in
fin. ff. eod. & magiſtratus qui in illud crimen in-
ciderint etiam officio priuandi, l. eadem lege, ff.
eodem. Hac lege damnatus teſtimonium publi-
cè dicere iudex eſſe, poſtulareve prohibetur.
Qui etiam iudicibus dant hac lege in quadru-
plum tenentur, l. ſancimus, fin. C. dict. tit. Non ſo-
lùm aduerſus accipientem, ſed aduerſus dantem,
& accuſandi cuique tanquam de crimine publi-
co datur poteſtas, & ex his dici poteſt etiam iu-

dicem litem ſuam feciſſe cùm per malitiam ſordes, inimicitias, aut euidentem gratiam, l. filiuſfamilias, ff. de iudic.

LEX IVLIA DE Annona.

SI quis contra annonam fecerit ſocietatémve coïerit quo annona carior fiat, hæc accuſatio datur, & eadem lege continetur, neque nauem, nautámve retineat, aut dolo malo faciat quominus detineatur, & pœna viginti aureorum ſtatuitur, l. 2. ff. de lege Iulia. de annona quæ, etiam maximè pertinet ad eos quos dardanarios vocant, in l. annona, 6. ff. de extr. crimin. ſunt ij qui emunt vt carnes vendant, qua inhibetur ne dardanarij vllius mercis ſint ne annona oneretur, contra quos pœna variè ſtatuitur; quia aut negotiatio eis interdicitur, interdum relegantur; onerant etiam annonam ſtatuæ adulterinæ, in quos ſtatutas pœnas legis Corneliæ de falſis in venditionem annonæ, quod vehitur non eſſe ius ciuitati pretium ſtatuere, l. 3. ff. de ann.

LEX

LEX IVLIA DE *residuis.*

De hac lege ſunt alij textus, in l.2.& 4.ff.ad l.Iulian. pecul.& de reſid. hi tenentur qui publicam pecuniam delegatam, id eſt vſum aliquem retinent, neque in eum conſumunt, & ampliùs certia parte quam debet punitur.

Cætera, ait Imperator, quæ pertinent ad publica iudicia latioribus Digeſtorum, ſeu Pandectarum libris diligentiùs explicantur.

FINIS.

LEX IVLIA DE
residuis.

De hac lege sunt alij textus, in l. 2. & 4. ff. ad l. Iuliam pecul. & de resid. hi tenentur qui publicam pecuniam delegatam, id est vsum aliquem retinent, neque in eum consumunt, & amplius tertia parte quam debet puniuntur.

Caetera, ait Imperator, quae pertinent ad publica iudicia latioribus Digestorum, seu Pandectarum libris diligentius explicantur.

FINIS.